de aĩe rõnalis admirandis ꝓrogatiuis. Igi
tur dicere poſſum⁹ cũ ꝓpheta. Beati q̃ habi-
tant in domo tua dñe in ſecula ſeculoꝝ lau-
dabunt te. Ibi erit ex omni pte quies et dele
ctatio. et ſancti oẽs eterna pace fruentur. Ad
quã nos ꝑducat dei et virginis filius ieſus
chriſtus qui viuit et regnat in ſecula ſeculo-
rum. Amen.

¶ Sermo vigeſimuſtercius de eximia nobi
litate et pſtantia aĩe rõnalis tã corpori vni-
te ꝙ̃ a corpe ſepate.

Ecce omnes ani-
me mee ſunt. Dei viuentis verba
ſunt iſta originaliter Ezech. xviij
ca. Dolendũ pfecto eſt de multitudine hoĩm
pereuntiũ. qui cõcupiſcentias prauas inſe-
quentes. virtutibꝫ ieiuni oẽ vicioꝝ turpitu-
dini ſeſe dederũt. Hi equidẽ obliti excellẽtie
ac dignitatis animarũ ſuarũ defluunt luxu-
ria. et delicate atqꝫ molliter viuũt abhorrẽt
ꝙ̃ parcitatẽ. cõtinentiã. ſobrietatẽ. et quicq̃d
eſt qḋ viros bonos deceat. Fidei vero docu
menta irrident. doctrinã euangelicã ſpernũt
de regno celoꝝ deſperãt. negant atqꝫ penas
inferni. Talibus aũt erroribꝫ inuoluuntur:
qm̃ de aĩa rõnali minus bene ſentiunt. nõnqꝫ
affirmantes aĩas nõ reperiri. Aliqñ et illas
nõ multe nobilitatis fore ſuadentes. Inter-
dum vero et eas cũ ſuis corporibus impro-
be ſatis cõtendentes corrumpi. Quos quid
aliud dixerim niſi pecora immundiſſima at-
qꝫ indomitas feris immo quibuſcũqꝫ beluiſ
immaniſſimis deteriores. Inq̇t eñi Dauid
in ps. Homo cũ in honore eſſet nõ intellexit
cõparatus eſt iumentis inſipiẽtibꝫ ⁊ ſimilis
factus eſt illis. Nam ſummus ille pater qui
ſapientia ſua cõdidit oĩa. minuit hoĩem pau
lominus ab angelis. coronans gloria ⁊ ho-
nore dum intellectiuã aĩam illi dedit. qua de
re vt aperiant̃ mentes cunctoꝝ ad aĩe veriſſi
mam cognitionẽ illamqꝫ vnuſquiſqꝫ ſtudeat
bonis et ſanctis moribꝫ exornare decreui in
pñti ſermone de ipa aĩa verba facere. de qua
tria myſteria ꝓponimus cõtemplanda.

Primũ dicit̃ diffinitionis.
¶ Secundũ ꝓductionis.
¶ Tercium ſeparationis
¶ Quid ſit aĩa q̃ nõ eſt corpus nec ex ſemi-
ne cauſata. et q̃ vna ſola eſt in homine.

¶ Capitulũ primũ.

PRimũ myſteriũ cõtemplandũ de aĩa
dicit̃ diffinitõis. in quo quid ſit aĩa
declaremus. Dicit enim Albertus in
cõpendio theologie. ꝙ a quibuſdã aĩa diffi-
nitur vt ſpũs. a quibuſdã vt aĩa. a quibuſdã
vero vt ſpiritus et aĩa. Inquantũ cõſiderat̃
vt ſpirit⁹ diffinit̃ ſic ab Auguſtino in li. de
motu cordis. Aĩa eſt ſubſtãtia incorporea in
tellectualis illuminationis a primo vltima
reuelatõe ꝑceptiua. vltima dicit̃. q2 medianti
bus angelis ꝑcipit. Ex qua diffinitione co-
gnoſcimus. ꝙ ſpiritus humanus q̃ eſt aĩa.
inter oẽs creaturas immediate poſt angelos
illuminationis diuine ſit ꝑceptiuus. Inquã
tum aĩa diffinit̃ ſic a Remigio. Aĩa eſt ſub-
ſtantia incorporea regẽs corpus. Et ab Ari
ſtote. in. ij. de aĩa dicit̃. Aĩa eſt endelechia. i.
act⁹ ſiue forma corpis organici phiſici potẽ
tia vitã habentis. Ex q̇bus verbis dat̃ intel
ligi. ꝙ aĩa vnibilis eſt corpori nec oĩ. ſed ſoli
organico vel phiſico. i. naturali ad ſuſceptio
nem aĩe rõnalis diſpoſito. Inquantũ autẽ
ſpiritus et aĩa diffinit̃ ab Auguſti. ſic. Aĩa
eſt oĩm ſimilitudo: q̃ diffinitio data eſt ꝑ cõ-
parationẽ ad creaturas. Aĩa enĩ ex ſui natu-
ra ad ſuſcipiendas oĩm rerũ ſimilitudines
tã corporaliũ ꝙ̃ ſpiritualiũ apta eſt. Et ſm
Aug⁹. li. de ſpiritu et aĩa. multipliciter noĩa-
tur. ſ. Aĩa. mens. rõ. ſpiritus. ſenſus. memo-
ria. volũtas. Anima dicit̃ inquantũ aĩat cor
pus ſiue viuificat. Mens inquantũ recolit.
Ratio cum rem iudicat. Spiritus dum ſpi
rat. vel q2 ſpiritualẽ naturã habet. Senſus
dum ſentit. Memoria dũ recordat̃. Volun
tas dum cõſentit. Hec noĩa diuerſe ſunt aĩe
nõ ꝓpter eſſentie pluralitatẽ ſꝫ ꝓpter effectuũ
multiplicitatẽ et operationẽ. ſed ꝓ hui⁹ par
tis intelligẽtia pleniori quattuor ſũt dubia
abſoluenda.

¶ Primum vtrũ ſit aĩa.
¶ Scðm vtrũ aĩa ſit corpus.
¶ Terciũ vtrũ aĩa cauſet̃ ex ſemine.
¶ Quartũ vtrũ in hoĩe ſit vna ſola aĩa.
¶ In primo dubio expugnanda eſt et oĩno
reprobanda ꝑditiſſima opinio illoꝝ qui te-
nent aĩam nõ eſſe aſſerentes nõ niſi corpora
aut corpales ſubſtãtias reperiri. Quos nos
cõuincere poſſum⁹ triplici lumine.
¶ Primũ dicit̃ teſtificationis.
¶ Secundũ operationis.
¶ Tercium figurationis.
¶ Primũ lumen q̃ oſtendit̃ ꝙ aĩa ſit dicit̃ te
ſtificationis. Teſtant̃ quidẽ oẽs tã diuine ꝙ̃
humane ſcripture aĩam eſſe. atqꝫ de illa ſubli
miter ſemꝑ loquunt̃. De hac itaqꝫ ſcribit ſa-
piens Eccĩ. ca. ij. Fili in manſuetudine ſer-
ua aĩaꝫ tuã. Et. iiij. c. Humilia corã deo ani
mam tuã. Et eodẽ ca. Nõ cõfundaris ꝓ aĩa
tua dicere verũ. Et. x. c. Qui multis vtitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verbis ledit animã ſuã.et.xxix.ca. Qui cum
fure ꝑticipat ledit aĩam ſuã.et.xxxiiij.ca. Ti
mentis deũ beata eſt aĩa illius.et.li.c. Lau=
dabit vſq; ad mortẽ aĩa mea dñm. et Sapie
i.ca. In maliuolã aĩam nõ intrabit ſapiẽtia.
et eodẽ ca. Os qḋ mentit̃ occidit aĩaƺ.et Ec
cle.xxx.ca. Miſerere aĩe tue placẽs deo.eiuſ=
dem.xxxvij.ca. A cõſiliario malo ſerua aĩam
tuã. Et Cantico.i.c. Nũ quẽ diligit aĩa mea
vidiſtis.eiuſdẽ.iij.ca. Queſiui quem diligit
aĩa mea.et.vi.ca. Aĩa mea liquefacta eſt vt di
lectus eſt locut᷒. Et Judith.viij.c. Humi=
liemus illi aĩas noſtras. Et Job.x.ca. Te=
det animã meã vite mee. Et Thobie.xij. ca.
Qui faciunt peccatũ hoſtes ſunt aĩe ſue. Et
Deutro.iiij.ca. Cuſtodite ſollicite aĩas vr̃as
Et Joſue.ij.c. Eruatis aĩas veſtras de mor
te.et Abacuc.ij.ca. Qui incredul᷒ eſt nõ erit
recta eius aĩa.et.i. Re.ca.xxvi.ſcribit̃. Ma=
gnificet̃ aĩa mea in oculis dñi.et.ij. Re.xiiij.
ca. Nõ vult deus ꝑire aĩam.et.iij. Re.xix.c.
Tolle aĩam meã.et.iiij. Re.i.c. Noli deſpice
re aĩaƺ meã. Et ps.vi. Aĩa mea turbata ẽ val
de. Et.vij. Neq̃n rapiat vt leo aĩaƺ meã. Et
xv. Nõ derelinq̃s aĩaƺ meã ĩ inferno. Et.xx
Erue a framea de᷒ aĩam meã. Et.xxiiij. Ad
te dñe leuaui aĩaƺ meã Et.xxxij. Aĩa mea ſu=
ſtinet dñm Et.xli. Quemadmodũ deſiderat
ceru᷒ ad fontes aquaꝝ ita deſiderat aĩa mea
ad te de᷒. Et.lxij. Sitiuit in te aĩa mea.et ps
lxxi. Aĩas pauperꝝ ſaluas faciet. Et ſaluator
nr̃ dixit Matth.vi.ca. aĩa plus ẽ q̃ʒ eſca. Et
x.ca. Nolite timere eos q̇ occidũt corp᷒ aĩam
aũt nõ pñt occidere. Et.xvi.ca. Quid ꝓdeſt
hoĩ ſi vniuerſũ mũdũ lucret̃ aĩe ꝟo ſue detri
mẽtũ patiat̃ aut quã dabit hõ cõmutatiõƺ ꝓ
aĩa ſua. Et.xxvi.ca. Triſtis ẽ aĩa mea vſq; ad
mortẽ Et luce.ij. Btã virgo ĩ ſuo cantico ita
cecinit. Magnificat aĩa mea dñm.et Sime
on virginẽ eodẽ ca. ſic allocut᷒ eſt. Tuã ipi᷒
aĩam ꝑtranſibit gladius. et Jacob᷒.v.c.ait.
Qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie
ſue ſaluabit aĩam eius a morte.et.i.c. In mã
ſuetudine ſuſcipite inſitũ verbũ qḋ pt̃ ſalua=
re aĩas veſtras. et Petr᷒.i.epl̃a ca.ij. inquit.
Obſecro vos tanq̃ʒ aduenas ⁊ ꝑegrinos ab=
ſtinere vos a carnalib᷒ deſiderijs q̃ militant
aduerſus aĩam. In ſacris vero canonib᷒ ſe=
piſſime fit mentio de aĩa. ſicut ptƺ.xxiij.di.c.
qui eps̃.et.xi.q.iij.c. placuit.c.abſit.c. noli=
te timere.c.audi.et.xiij.q.ij.c.tp̃s.c. hunc.c.
fatendũ.c. aĩe defunctoꝝ.et.xvi.q.i.c.in ca=
nonib᷒.et.xxi.q.i.in.c.relatio. et.xxiij.q.iiij.
ca.ipa pietas.c.ꝙ xp̃s.c.diſplicet.et.xxiiij.q
iij.c.ſi habes.et.xxvi.q.vi.c.agnouimus. et
xxx.q.i.c.ad limina.et.xxxij.q.ij.ca. ꝙ vero.
ſi illud.ca.moyſes.et.xxxiij.q.ij.ca.aĩo natu
re.et de pe.di.i.ca. reſuſcitatus.c.voluiſſent.
et di.ij.c.charitas.c.ergo.et di.iij.c.pt̃.c.ſi q̇s
c.q̇d ergo.et di.v.c.cõſideret. et de cõſe.di.ij.
c.reuera.et di.iiij.c.ſi baptizata. et de maio.et
obe.c.ſolite. et de ſumma trini. et fide ca. fir=
miter.et de pe.et remiſ.c.cũ infirmitas. et de
renuncia.c.niſi cum pridẽ.et de cele.miſſa.c.
in quadã.et de decimis.cũ nõ ſit in hoĩe. In
clemen. de ſumma trini. et fi.ca. damnant̃ il=
li qui dicunt aĩam nõ eſſe formã corꝑis. Nã
Ariſto.viij.metaphy.dicit. Ex differẽtia ſu=
mitur de forma rei. Sed differẽtia cõſtituti
ua hoĩs eſt rõnale qḋ dicit̃ de hoĩe rõne aĩe
intellectiue ſeu intellectiui princiꝑij.vt inq̇t
Tho.i.ꝑte.q.lxxvi.ergo aĩa eſt hoĩs forma.
Ad gentiles iam veniam᷒ qui naturalis ra=
tionis lumine illuſtrati magnificẽtiſſime de
aĩa ſunt locuti. Inq̇t Cicero in paradoxis.
Deus et mater oĩm natura dedit tibi animũ
quo nihil pt̃ eſſe pſtanti᷒ nihil diuiniuſ. Et
idem in li.de natura deoꝝ. Quid eſſe pt̃ in re
rum natura hoĩe melius.in eo eni ſolo eſt ra
tio qua nihil pt̃ eſſe pſtantius. Et idem in li.
de republi. Ut mundũ deus eternus regit
ſic fragile corpus animus ſempiternus mo=
uet. Et Plato in thimeo. Deus virtutibus
aĩam ꝑire iuſſit ipamq; dñam noſtri corpo=
ris fore voluit.qḋ ipa tuetur. Et Saluſtius
in iugurtino. Ut genus humanũ cõpoſituƺ
ex corꝑe et aĩa eſt.ita res ſtudiaq; oĩa noſtra
alia corporis alia animi naturã ſequunt̃. Et
Ouidius in li.de remedio amoris. Ut cor=
pus redimas ferrum patieris et ignes. Atq;
aĩo valeas quicq̃ʒ tolerare negabis. Et ne ſin
guloꝝ repetamus dicta ↄcludimus. Ex oẽs
ſcti.oẽs eruditi viri. oẽs deniq; phi et ſtoici
et peripatetici ac alij quicũq; aĩam eſſe et do=
cent et cõfitent̃. ¶ Secundũ lumẽ quo oſtẽ=
dimus ꝙ ſit aĩa dr̃ operatõnis.vt eni ſcribit
Alex.de ales in ſcḋo volumine ſumme. Ui=
demus quedã corpora que nõ nutriunt̃ ne=
q; augent̃ neq; generant̃ nec mouent̃ motu
voluntario vt lapides. Quedã que nutriun
tur augent̃ et generant̃ vt plante. Quedã q̃
vltra hec mouent̃ et ſentiũt vt aĩalia. Quedã
autẽ que agunt rõne. Si ergo principiũ ha=
rum operationũ eſſet corporeitas. inueniret̃
tunc in oĩbus corporibus.ergo illud a q̃ iſte
operationes ꝓueniũt erit aĩa. Et ſic in plan=
tis eſt aĩa vegetatiua.in aĩalibus brutis aĩa
ſenſitiua. in hominib᷒ vero aĩa intellectiua.
Quiſnã nõ miret̃ quãta ſit humani ingenij
perſpicitas.q̃ʒ ſtupẽda intellect᷒ ſublimitas

ꝙue admirabilis vigor rõnis. Et vnde ꝓue
nit niſi ex animi ſapia. vt volantes aues per
aera. habitantes in aquarũ ꝓfundis piſces.
et diſcurrẽtes ꝑ nemora ferociſſimas beſtias
hõ ad ſuũ vſum ꝑducat. Nõ ꝓdeſt aquilis
altus volatus. nõ leonibꝫ fortitudo. nõ ele-
phantibꝫ magnitudo. nõ venenoſitas draco
nibus et ſerpentibꝫ. nõ ceruis agilitas. non
deniqꝫ marinis beluis latitudo. vaſtitaſqꝫ a-
quaꝝ. cũ ab hoĩbꝫ artificijs pene innumeris
capiũtꝰ. Quid de artiũ inuentõe exercitatio-
neqꝫ dicemꝰ. Inſpiciamus agriculturã lani
ficium architecturã fabrefactiuã et reliquas
in quaꝝ effectibꝫ deprehẽditꝰ aliquid in hoĩe
eſſe vltra corpus. Que antiqui vulgares cũ
priuſ talia nõ fuiſſent expti illos qui ea ꝓmo
in aliq̃ ꝓuincia facere docuerũt. crediderũt
eſſe deos. Iſis Inachi filia regis arginoꝝ ⁊
ſoror foronei nauigãs ĩ egyptũ q̃ lrãs q̃ſdã
egyptijs dedit ⁊ de agricultura mlta eos do
cuit poſt mortẽ in numero dearũ recepta eſt.
Saturnus vt recitat paulus in hiſtoria ro-
manoꝝ. Iouem filiũ e grecia fugiẽs in ciui-
tate q̃ ex eius noĩe ſaturnia dicta eſt. haud ꝓ-
cul ab vrbe rudes ꝓplos domoſ edificare. ter
ras incolere. plantare vineas docuit. atqꝫ hu
manis moribꝫ viuere cũ antea ſemiferi glan
dium tantummõ alimẽtis vitã ſuſtentarent.
Et aut in ſpeluncis aut frondibꝫ virgultiſqꝫ
cõtextis caſulis habitarẽt ab indocili et ru-
ſtica multitudine deus eſt appellatꝰ. Romu-
lus q̃ vrbẽ fundauit vallauitqꝫ muro apud
paludẽ capre. nuſq̃ꝫ cõparuiſſet anno regni
trigeſimonono ad deos trãſiſſe creditus eſt.
et quirini noĩe ꝯſecratus. De liberalibꝫ autẽ
diſciplinis grãmatica. logica. rhetorica. ariſ
metrica. geometria. muſica. aſtrologia. illarũ
qꝫ rectoribꝫ ꝓlixior eſſet ſermo habendꝰ. Sꝫ
vt cõplectamur oĩa ſuccincte. tantus in illis
eſt decor hũane vite: tãta intellectus ꝑfectio.
tanta loquẽdi et viuendi moderatio. tãta de
niqꝫ cognitio rerũ. vt q̃ illis inueniũtꝰ imbu-
ti ſumma veneratõne celebrentꝰ a cunctis. O
deteſtabilẽ errorẽ. o damnabilẽ cecitatẽ. o de
niqꝫ fatuitatẽ peſtiferã coꝝ q̃ tanta. vt ſic di-
cam aĩarum facta mirabilia cõtuentꝰ et aĩas
nõ eſſe tenẽt. Pro q̃bus Augꝰ. li. x. ꝯfeſſionũ
ait. Eunt hoĩes mirari alta montiũ. ingẽtes
fluctus maris. altiſſimos lapſus fluminum.
oceani ambitũ. et giros ſiderũ. et relinquunt
ſeipſos nec miran̄tꝰ. Et in ꝓncipio li. de ſpũ ⁊
aĩa inq̃t. Q̃m dictũ eſt mihi vt meipm ꝯgno
ſcam ſuſtinere nõ poſſum vt me habeã inco-
gnitũ. Magna nãqꝫ negligẽtia ẽ neſcire q̃d
illud ſit q̃ celeſtia tã ꝓfunde cogitamꝰ. natu-

ralia tã ſubtili indagatõne inueſtigamus. et
de ipõ q̃ꝫ creatore nr̃o tã ꝓfunda deſidera-
mus ſcire nec eſt res ꝑegrina nec longe que-
renda. animus q̃ iſta ſapimꝰ ſed et ſꝑ nobi-
ſcũ adeſt. tractat loquitꝰ et intus neſcitꝰ. Datũ
eſt illi tã ingentiũ rerũ ſcire ſecreta et ſeipm
cognoſcere nõ pt. hec ille. ¶ Terciũ lumen q̃
oſtendimꝰ ꝙ ſit aĩa dicitꝰ figuratõnis. Ipſa
quippe corporis hũani figura ad celos erecta.
deſignat aliq̃d eſſe in hoĩe qd̃ ad celos tende
re debeat. Hinc Ouidiꝰ i. i. methamorpho.
dicit. Pronaqꝫ cũ ſpectent aĩalia cetera terrã
Os hoĩ ſublime dedit celũqꝫ videre. Iuſſit:
et erectos ad ſidera tollere vultꝰ. Et Bernar
dus ſuꝑ cantica ait. Corporis ſtaturã ideo
deus dedit homini rectã. vt corporea rectitu
do exterioris viliorisqꝫ figmẽti. hoĩem inte-
riorẽ rectitudinis ſue formande moueret et
decor viui deformitatẽ argueret animi. hec
Bernardus. Ex q̃bus cõcludimꝰ ꝙ ĩ nume
ro creaturaꝝ reperitꝰ aĩa rõnalis ad imaginẽ
et ſimilitudinẽ dei creata cuius preſtantiã ex
his q̃ amodo diſſeremꝰ vnuſq̃ſqꝫ ꝑcipere pt
¶ Secundũ dubiũ abſoluendũ eſt vtrũ aĩa
ſit corpus. Ad qd̃ reſpondemus ſequẽtes in
hac pte doctrinã fidei et ſacre theologie. Ꝙ
aĩa eſt ſpiritualis ſubſtãtia. Ariſto. vero i. ij.
phyſicoꝝ dicit ꝙ vltima formarũ naturaliũ
ad quã terminatꝰ ꝯſideratio phie naturalis
ſcꝫ aĩa humana eſt quidem ſeꝑata. ſed tamen
in materia. Quod et hoc ꝓbat. Quia homo
ex materia generat hominẽ et ſol. Separata
quidẽ eſt ſm virtutẽ intellectiuã. q̃ virtus
intellectiua nõ eſt virtus alicuius organi cor
poralis. ſicut virtꝰ viſiua eſt actus oculi. In
telligere enĩ eſt actus qui nõ pt exerceri ꝑ or-
ganum corporale ſicut viſio. Sed in mate-
ria eſt inquantũ ipa aĩa cuius eſt hec virtus
eſt corporis forma et terminus generationis
humane. Hic ergo phs dicit in. iij. de aĩa.
Ꝙ intellectus eſt ſeparatus. q̃ nõ eſt virtus
alicuius organi corporalis. Ex quo apparet
ineptia illoꝝ qui vt dicit Tho. i. pte. q. lxxv.
Imaginationẽ tranſcendere nõ valentes ſo-
la corpora dicebant eſſe et quod nõ eſt corpꝰ
nihil eſſe. Cõtra iſtos eſt auctoritas ſcriptu-
re Eccleſiaſtes vltimo ca. vbi ſic habetꝰ. Re-
uertatur puluis in terrã ſuam et ſpiritus re-
deat ad deum qui dedit illum Augꝰ. inſuꝑ
li. xix. de ciui. dei ꝯmendat Varronẽ qui ho
minem nec animã ſolaꝫ nec ſolũ corpus. ſed
animã ſimul et corpus eſſe arbitrabatꝰ. Et ſi
obijceretꝰ ꝙ mouentis ad motum oportet eſſe
aliquẽ cõtractum. cõtractus autẽ nõ eſt niſi
corpoꝝ. ergo cũ aĩa moueat corpus videtꝰ ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſit corpus. Rñdet Tho. vbi. ṡ. ꝙ duplex eſt cõtractus. ſ. ꝗtitatis et virtutis. Primo mõ corp⁹ nõ tangiṫ niſi a corpore. Secũdo mõ corpus habet tangi a re incorporea q̄ mouet corpus. Sed adhuc pleriq̄ȝ inſtant ꝙ aiam nullus videt. quõ ergo eſt dũ a corpe ſeparaṫ a nemine cõſpiciṫ. q̇d ergo eſt ſi nõ videṫ nõ ſentiṫ nõ audiṫ. neqȝ q̄ ſe cõferat ſcimus. Ad hoc rñdet Grego. in. iiij. dialogorũ li. ꝙ aĩa eſt illa ſpũalis ſubſtãtia cuius virtute ꝗdiu eſt in corpore. corpus viuit. corp⁹ ſentit. oculi vident. aures audiunt. et tñ ipa corporeis oculis nõ videṫ. Idem dicimus de angelis et demonib⁹ et de ipo altiſſimo deo. ꝙ illorũ effectus negare nõ poſſum⁹ quos oculis inſpicimus et manibus ꝯtrectam⁹ ⁊ cuius ſint ſpũales ſubſtãtie corporeis ſenſib⁹ nõ ſubijciunṫ. Hinc Lactantius li. vij. diui. inſti. de deo loquens aliqua deducit exempla q̇bus cõuinci poſſunt hi q̄ nihil eſſe volũt niſi qđ vident. Quia inq̇t deus ab hoie videri non pt̄ ne q̇s eũ putaret ex eo ipo deum nõ eſſe. qꝛ mortalibus oculis nõ videṫ inter cetera ſuorũ inſtitutoꝝ mirabilia fecit etiã multa quorum vis quidẽ apparet. ipa aũt nõ videnṫ. ſicut eſt vox odor ventus vt harũ rerũ argumento ⁊ exemplo etiã deũ licet ſub oculis nõ veniret. de ſua tñ vi et effectu et operib⁹ cerneremus. hec ille. Pari mõ et aie virtutũ ſtupẽdiſſimaſqȝ operatões vt diximus in p̄cedenti dubio cõtuentes animam eſſe deprehendimus ſubſtantiã ſpiritualem nobiliſſimã. Et vt Aug⁹. refert in li. de immortalitate anime Nihil abſurdius dici pt̄ ꝗ̄ tantũmõ ea eſſe que oculis cõſpicimus. et ea nõ eſſe que intelligentia ſubſiſtere iudicamus. ¶ Terciũ dubium abſoluendũ eſt. vtrũ anime cauſenṫ ex ſemine. et poſſet q̇s arguere ꝙ ſic. Primo qꝛ Geneſis. xlvi. c. ſcribiṫ. Cuncte aie q̄ ingreſſe ſunt cum Jacob in egyptũ et egreſſe ſunt de femore illius. Sed nihil egrediṫ de femore hominis niſi inquantũ cauſatur ex ſemine. ergo aia intellectiua cauſaṫ ex ſemine. Scđo homo generat ſibi ſimile ſ̄m ſpeciẽ. ſed ſpecies humana cõſtituitur ꝑ aĩam rationalẽ. ergo aia rationalis eſt a generante. Tercio incõueniens eſt dicere ꝙ deus coopereṫ peccãtibus. ſed ſi aie rõnales cauſarentur a deo. deus interduȝ cooperareṫ adulteris. ex quorũ illicito coitu proles interdũ generaṫ. Ad habendam huius veritatis noticiã. ſanct⁹ tho. ꝑma pte. q. cxviij. ita dicit. Q̄ impoſſibile eſt virtutẽ actiuam que eſt in materia extendere ſuam actionẽ ad ꝑducendum immaterialeȝ effectum. Manifeſtum eſt autẽ ꝙ principiũ intellectiuũ in hoie eſt principiũ tranſcendẽs materiã. habet enim operationẽ in qua non cõicat corpus. Et ideo impoſſibile eſt ꝙ virtus que eſt in ſemine ſit ꝑductiua intellectiui principij. Similiter etiã qꝛ virtus que eſt in ſemine agit in virtute anime generantis ſ̄m ꝙ anima generantis eſt actus corporis vtens ipo corpore in ſua operatõne. In operatione aũt intellectus nõ cõmunicat corpus. Unde virtus intellectiui principij ꝑut intellectiuum eſt nõ poteſt ad ſemen ꝑuenire. Et ideo phs dicit in li. de generatõne animaliũ Relinquiṫ intellectus ſolus deforis aduenire. Similiter etiã anima intellectiua cũ habeat operationẽ ſine corpore eſt ſubſiſtens et ita ſibi debeṫ eſſe et fieri. Et cum ſit immaterialis ſubſtãtia nõ p̄t cauſari ꝑ generationẽ: ſed ſolũ ꝑ creationẽ a deo. Ponere ergo aĩaȝ intellectiuã a generante cauſari nihil aliud eſt ꝗ̄ ponere eam nõ ſubſiſtentẽ. et ꝑ ꝯſequẽs corrumpi eã cum corpe. Et ideo hereticũ eſt dicere ꝙ aĩa intellectiua traducaṫ cũ ſemine. Ad primũ vero quod adducebaṫ in oppoſitum dicendũ ꝙ in auctoritate illa ponitur ꝑ ſinodochen pars pro toto. i. anima ꝓ toto homine. Ad ſecundũ vero reſpondem⁹. ꝙ homo generat ſibi ſimile inquantũ ꝑ virtutem ſeminis eius diſponiṫ illa materia ad talem formam ſiue ad ſuſceptionẽ talis forme. Ad terciũ aũt rñdeṫ. ꝙ in actione adulterorũ id qđ eſt nature bonũ eſt et huic cooperaṫ deus qđ vero eſt inordinate voluntatis. malũ eſt et huic deus nõ cooperaṫ. hec Tho. ¶ Quartum dubiũ declarandũ vtrũ in hoie ſit vna ſola aĩa intellectiua vel plures ꝑ eſſentiã differentes. Ad hoc rñdet Aug⁹. in li. de eccleſiaſti. dogma. Neqȝ inq̇t duas aĩas eſſe dicimus in hoie ſicut Jacob⁹ et alij Siroꝝ ſcribunt. vnã animalẽ qua animaṫ corpus ⁊ immixta ſit ſanguini. Alterã ſpiritualẽ q̄ rõni miniſtret. Sed dicim⁹ vnã et eandẽ eſſe aĩaȝ in hoie q̄ et corpus ſua ſocietate viuificat. et ſemetipam ſua rõne diſponit. Et licet quidẽ dicere voluerũt. ꝙ ĩ embrione ꝑmo p̄exiſtat aĩa vegetatiua. qꝛ Ariſto. dicit in li. de aĩalibus. ꝙ embrio prius eſt aĩal ꝗ̄ homo. Et deinde ſupra aĩaȝ vegetatiuã ſuꝑuenit alia aĩa que eſt ſenſitiua. et ſupra illaȝ iterũ alia q̄ eſt intellectiua. et ſic eſſent tres aĩe in hoie. Tñ hoc improbat tho. i. pte. q. lxxvi. et. cxviij. affirmans. Q̄ cũ generatio vnius ſemꝑ ſit corruptio alterius. neceſſe eſt dicere ꝙ tã in hoie ꝗ̄ in alijs aĩalib⁹ qñ ꝑfectior forma aduenit fit corruptio prioris ita tñ ꝙ ſequens forma habet quicq̇d habebat prima ⁊ adhuc ampli





Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ns. Quare cũ aĩa intellectiua creat̃ et infunditur a deo ſimul eſt ſenſitiua et vegetatiua corruptis formis p̃eriſtentibꝫ. Multa eſſent hoc loco dicẽda q̃ ne tedio auditores afficiamus ſilentio p̃terimus. Oſtenſum iã et dictis eſt. ꝙ q̃libet aĩaȝ creaturã excellentiſſimã cognoſcere debet eãꝗ ſemꝑ mundã ꝛ immaculatã ſeruare. Nã ſi tãta diligẽtia corruptibile corpus gubernamꝰ q̃ꝫto magis rõnalẽ aĩam oĩ ſtudio a q̃buſcũꝗ vicijs tueri tenemur. Heu heu inq̃t Bernardꝰ. abſtergit̃ caliga et ꝯtemnit̃ aĩa. Pauciſſimi quippe reperiunt̃ q̃ nõ magis ꝓ corꝑe q̃ꝫ ꝓ aĩa ſubeant quoſcunꝗ labores.

¶ De ꝓductione aĩe rõnalis que nõ ab angelis ſed a deo ꝓducta eſt de nihilo ꝯuenienter vnita corpori organico. et de nouo creata et infuſa. ¶ Capitulũ. ij.

Secundũ myſteriũ de aĩa ꝯtemplandũ dõr ꝓductõis. In q̃ adhuc quattuor dubia ſunt enucleanda.

¶ Primũ vtrũ aĩa ſit ꝓducta ab angelis.

¶ Scdm vtrũ aĩa ſit ꝓducta de ſubſtãtia dei.

¶ Terciũ vtrũ oẽs aĩe fuerũt ſimul create.

¶ Quartũ vtrũ deus debuit aĩam rationalẽ tali corpori vnire.

¶ Pro primi dubij planiore intelligẽtia. quidã arguũt ꝓbantes licȝ ꝯ veritatẽ. ꝙ aĩa rõnalis ꝓducta eſt ab angelis. Primo q꞉ maior eſt ordo in ſpũalibꝫ q̃ꝫ i corꝑalibꝫ. ſȝ corpora inferiora ꝓducunt̃ ꝑ corꝑa ſuꝑiora vt Dioniſius dic̃. iiij. c. de diui. no. g̃ inferiores ſpũs q̃ ſunt aĩe rõnales ꝓducunt̃ ꝑ ſpũs ſuꝑiores q̃ ſunt angeli. Scdo ꝑfectũ eſt qḋ p̃t ſibi ſil̾e facere. ſed ſpũales ſubſ̾ ſunt multo magis ꝑfecte q̃ꝫ corꝑales. cũ g̃ corꝑa faciãt ſibi ſil̾ia ſꝫm ſpeciẽ multo magis angeli poterũt facere aliq̃d infra ſe ſꝫm ſpeciẽ nature. ſ. aĩam rõnalẽ. Sȝ ꝯ iſtos ita loquẽtes eſt auctoritas gloſe ſuꝑ illo v̾bo p̃s. Qui finxit ſigillatim corda eoꝝ. q̃ ait. Creat deꝰ aĩas ſingulorꝫ ꝑ ſe de nihilo. Et iõ inq̃t tho. i. ꝑte. q. xci. ꝙ cũ aĩa rõnalis ꝓducat̃ in eſſe ꝑ creationẽ nõ p̃t ꝓduci niſi a deo. q꞉ ſꝫm Augꝰ. in. iij. de tri. nec boni nec mali angeli p̃nt eſſe creatores alicuꝰ rei. Et rõ ſumi p̃t ſꝫm tho. vbi. ſ. q꞉ ſolius primi agẽtis eſt agere nullo p̃ſuppoſito. cũ ſꝑ agẽs ſꝫm p̃ſupponat aliq̃d a p̃mo agẽte. Ex aũt agit aliq̃d ex aliq̃ p̃ſuppoſito agit trãſmutando. ꝛ ideo nullũ aliud agẽs agit niſi trãſmutãdo. ſed ſolꝰ deus agit creando. Et q꞉ aĩa rõnalis nõ p̃t ꝓduci ꝑ tranſmutationẽ alicuꝰ materie. iõ nõ p̃t ꝓduci niſi a deo immediate. Ad primũ argumentũ rñdet Tho. ꝙ corꝑa ideo ꝓducunt corpora q꞉ agũt ꝑ tranſmutationẽ materie. Ad ſcdm v̾o argumentũ rñdet latius. i. ꝑte. q. xlij. vbi ait. arti. v. in rñſione ad i. ar. ꝙ aliq̃d ꝑfectũ ꝑticipãs aliquã naturã facit ſibi ſil̾e nõ quidẽ ꝓducendo illã naturã abſolute ſȝ applicãdo eã ad aliq̃d. Nõ eñi hic hõ p̃t eſſe cã nature hũane abſolute q꞉ ſic eſſȝ cã ſui ipſius. Sȝ eſt cã ꝙ natura hũana ſit i hoc homie generato. Et ſic p̃ſupponit in ſua actõne determinatã naturã ꝑ quã eſt hic hõ. Sȝ ſic hic hõ ꝑticipat humanã naturã. ita qḋcũꝗ ens creatũ ꝑticipat naturã eſſendi q꞉ ſolus deꝰ eſt ſuũ eſſe. Nullũ g̃ ens creatũ p̃t ꝓducere aliqḋ ens abſolute. niſi in q̃ꝫtum eſſe cauſat i hoc. Et ſic oportet ꝙ p̃intelligat̃ id ꝑ qḋ aliquid eſt hoc actõe qua facit ſibi ſil̾e. In ſubſtãtia aũt immateriali nõ p̃t p̃intelligi aliq̃d ꝑ qḋ fit hoc. Quia eſt hoc ꝑ ſuã formã ꝑ quã hȝ eſſe. Subſtãtia g̃ immaterialis nõ p̃t ꝓducere aliã ſubſtantiã immaterialẽ ſibi ſil̾em q̃ꝫtũ ad eiꝰ eſſe. ſed q̃ꝫtũ ad aliquam ꝑfectionẽ ſuꝑadditã. Sicut ſi dicamꝰ ꝙ ſuꝑior angelus illuminat inferiorẽ. vt Dioniſius dicit. Ex q̃ apparet ꝙ nullũ ens creatum p̃t creare aliq̃d niſi p̃ ſuppoſito aliquo qḋ repugnat rõni creationis. ¶ Secundũ dubiũ poſitũ fuit vtrũ aĩa ſit ꝓducta a deo de ſubſtantia dei. et vt refert Augꝰ. in. vij. ſuꝑ Geneſim ad lr̃am. Et in libris ꝯ Fauſtũ. Et in li. de duabꝫ aĩabꝫ. Priſtillianiſte Manichei et Gnoſtici heretici tenuerũt aĩaȝ fore de ſubſtantia dei. Euripides etiã phs teſte Tullio in q̃ſtionibꝫ tuſculanis dicebat aĩam deũ eẽ. Ipſe adhuc Tulliꝰ in p̃fato li. dixit. Humanus animꝰ et diuina mẽte cõceptus cũ nullo alio niſi cum ipſo deo ꝯparari p̃t. Seneca ad hoc ſcribẽs ad Lucilliũ inq̃t. Nihil eſt aliud nr̃a rõ q̃ꝫ ꝑs diuini ſpũs in corpꝰ nr̃m immerſa. Idẽ ꝓfeſſus eſt macrobiꝰ ſuꝑ ſomniũ Scipionis. Cõtra q̃s oẽs Augꝰ. in li. de origine aĩe ait. Nõ aliter audiendi ſunt q̃ꝫ heretici qui aĩam deũ eſſe dicũt. Nã ſi ſic eſſet nec in meliꝰ nec in peius labi poſſet. Et vt ſcribit tho. i. ꝑte. q. xci. Dicere aĩam eſſe de ſubſtãtia dei manifeſtã improbabilitatẽ cõtinet. Nam aĩa hũana q̃nꝗ ẽ intelligẽs i potẽtia ꝛ ſciam quodãmõ a rebꝫ acq̃rit ꝛ hȝ diuerſas potentias q̃ oĩa aliena ſunt a dei natura q̃ eſt actus purus et nihil ab alio accipiẽs ꝛ nullã diuerſitatẽ hȝ in ſe. Sed pleriꝗ dubitãt q꞉ Geneſis ca. ij. ſcribit̃. Formauit deus hoiem de limo terre et inſpirauit in faciẽ eiꝰ ſpiraculũ vite et factus eſt hõ in aĩam viuentẽ. Sed ille qui ſpirat aliq̃d a ſe emittit. ergo aĩa qua hõ viuit ẽ aliq̃d de ſubſtãtia dei. Ad hoc rñdet

Tho. ꝙ inſpirare nõ eſt accipiendũ corpora
liter. Sed idẽ eſt deũ inſpirare qḋ ſpm̃ face=
re nõ de ſubſtãtia ſua ſed de nihilo. nã et hõ
corꝑaliter ſpirãs nõ emittit aliqḋ de ſubſtan
tia ſua ſed de natura extranea. Jccirco firmi
ter cõfitemur vt in ſuꝑiorib⁹ diximus. Ꝙ aĩa
ꝓducta eſt in eſſe a deo de nihilo. Qua veri=
tate immobiliter ꝑſiſtente reprobat̃ opinio il
lorũ qui dixerũt aĩam fore ignẽ. Hãc tenuit
Democritus vt ait Ariſto. in. i. de aĩa. Jn li=
bro aũt de vita et morte Ariſto. legit̃ Hera=
clitũ ſemꝑ affirmaſſe deos oẽs ex igne eſſe. et
ex igne vniuerſa conſtare et aĩam fauillã eſſe
ſtillantis eſſentie. Zeno inſuꝑ ⁊ Leucippus
idẽ ꝓfitebant̃ ſm Tulliũ in q̃ſtionib⁹ tuſcu=
lanis. Jdẽ affirmabat Jparcus ꝓut ſcribit
Macrobi⁹ in. i. li. ſuper ſomniũ ſcipionis.
Fuerũt hui⁹ opinionis ſomnia. Ꝙ aĩa p̃ſen
te corpus caleat et recedẽte frigeſcit. Et forte
ſic opinantes ignei erãt et humorib⁹ coleri=
cis affluentes. Sed q̇d referemus de aliis q̇
dixerũt. ꝙ aĩa ſit aer ſeu ventus. hoc docuit
Diogenes ſm Ariſto. in. i. de aĩa. Anaxima=
nes inſuꝑ nõ tm̃ aĩas ſ; deos et quecũq; alia
dicebat ab aere genita. vt cõmemorat Aug⁹.
li. viii. de ciui. dei. hic ſm Pliniũ inuenit ho
rologiũ. At et hi aerei ſanguineiſq; humori
bus abundãtes credi rõnabiliter p̃nt. Erra=
uit adhuc thales meleſius q̇ vt ſcripſit Tul
lius in li. de natura deoꝝ. dixit deũ ex aqua
cuncta formaſſe. ideoq; ⁊ aĩam aquã eſſe. Cõ
tra quẽ et reliquos p̄nominatos phos extat
ſñia Auguſti. q̇ in li. de quãtitate aĩe ait. Nõ
ex his notis vſitatiſq; naturis anima facta ẽ
q̄s iſtis corporeis ſenſib⁹ tangim⁹. Nã neq;
ex terra neq; ex aq̄ neq; ex igne neq; ex aere
neq; ex his oĩbus neq; ex aliquib⁹ cõiunctis
hoꝝ ꝯſtare aĩa; puto. Quare abiectis phoꝝ
errorib⁹ ſequamur dicta catholicoꝝ tenẽtes
vt ſcribit̃ in ꝯpendio theologie. Ꝙ aĩa ẽ ſpi
ritualis ſubſtãtia et rõnalis ad viuificandũ
corpus humanũ de nihilo creata. Creata eſt
inq̃; aĩa ꝑfectibilis ⁊ imperfecta q̃tũ ad ſcia;
et virtutes. ꝑfectiſſima tñ eſt q̃tũ ad natura=
les potẽtias. q̃titatẽ habet nõ diffuſiuã ſed
poteſtatiuã ⁊ virtuale;. Et q; eſt ſimplex nec
augmẽti nec detrimẽti eſt ſuſceptiua. Et nec
in corꝑe maiori maior. nec minori minor re=
perit̃. Eſt ad imaginẽ dei facta capax virtu=
tis vel vicii ſuſceptibilis pene vel p̄mii arbi=
trio libera. potẽtiis ⁊ habitib⁹ et affectionib⁹
decorata. Caret pondere figura ⁊ colore. paſ
ſibilis ẽ et mutabilis. Eo magis eſt q̇ capax
eſt eternitatis. Eo recta q̇ appetẽs eſt bonita=
tis. Eo beata quo particeps eſt diuinitatis.

¶ Terciũ dubiũ fuit vtrũ oẽs aĩe fuerant ſi=
mul create. Et phi quidã cũ Platone aſſerẽ
tes. ꝙ aĩe intellectiue accidat vniri corpori
ponẽtes eã eſſe eiuſdẽ ꝯditõis cũ ſubſtantiis
ſpũalib⁹ q̄ corpori nõ vniunt̃. tenuerunt oẽs
aĩas hoĩm ſimul a ꝑncipio cũ angelis fuiſſe
creatas. Quã opinionẽ ſequẽs Origenes di
xit. Ꝙ oẽs aĩe fuerunt cũ angelis create ⁊ ad
ſuggeſtionẽ dei tenebrarũ rebellauerũt deo.
quare datũ eſt illis corpus loco carceris vt
ibi puniantur. poſt ſeparationẽ vero ab illo
ſic purgate ad celos redeũt. Sed ꝓfecto ex
oĩ ꝑte impia ẽ atq; falſiſſima opinio iſta. Nã
vt inq̇t tho. i. ꝑte. q. cxviii. Si accidẽtaliter
cõueniret aĩe vniri corpori ſequeret̃ ꝙ homo
qui cõſtituit̃ ex iſta vnione eſſet ens per acci=
dens. ꝙ etiã aĩa humana nõ ſit eiuſdẽ natu=
re cum angelis ipe diuerſus modus intelli=
gendi oſtendit. Homo enĩ intelligit accipiẽ=
do a ſenſibilib⁹ et cõuertendo ſe ad fantaſma
ta. Angelus vero nõ ſic. Nã vt ſcribit̃ in cõ=
pendio theologie. Jntellectus diuinus co=
gnoſcit ſeipm̃. Jntellectus angeli cognoſcit
res ꝑ ſpecies cõcretas. Jntellect⁹ vero hũa=
nus cognoſcit ꝑ ſpecies abſtractas a reb⁹ ꝑti
cularib⁹ ꝑ ſenſum prius cognitiſ. Et p̄cipue
in q̃ttuor differũt permaxime angel⁹ et aĩa.
Primo differũt penes eẽ naturale. q; aĩa eſt
vnibilis corpori etiã actu ſeꝑata: angel⁹ nõ.
Scḋo differũt penes eſſe logicũ. i. diffinitio
nẽ. q; aĩa rõnalis eſt: ſ; angel⁹ intellectualis
Aĩa enĩ apprehendit inquirẽdo et ꝯferendo.
angel⁹ aũt intuendo. Tercio differũt penes
eſſe metaphyſicũ. i. ſeꝑatũ a materia ⁊ motu.
q; angel⁹ nõ h; paſſibilitatẽ niſi reſpectu ſu
perioꝝ. Aĩa vero reſpectu inferioꝝ q; immu
tatur a ſenſibilib⁹. Quarto differũt penes eẽ
theologicũ. q; aĩa vertibilis eſt a bono ĩ ma=
lum ⁊ ecõuerſo. angel⁹ vero nõ q; manet in
eo ad qḋ ſe cõuertit: ſiue bonũ ſiue malũ. Jn
ſuper ꝯ̄ fidẽ eſt ⁊ totã ſcripturã ſacrã ponere
nullã aĩam debere damnari. Quare in hoc
acceptanda eſt ſñia Auguſti. q̇ in li. de eccle=
ſiaſticis dogma. ait. Credendũ eſt ⁊ firmiter
tenendũ. ꝙ aĩe nõ ſũt ab initio create vt Ori
genes finxit. nec cum corꝑibus ſeminant̃. vt
Luciferani et Cirillus et quidã latinoꝝ af=
firmant. Sed a deo aĩam creari ſimul et in=
fundi in corpore cõpoſito ⁊ formato. Si ve
ro obiiceret̃ ꝙ deus ceſſauit a creatione rerũ
q; vt ſcribit̃ Gen̄ſ. c. ii. Ceſſauit ab oĩ opere
qḋ patrarat. Rñdet tho. vbi. ſ. ꝙ deus dr̃ ceſ
ſaſſe die. vii. nõ quidẽ ab omni oꝑe. cũ dicat̃
Jo. v. Pater meus operat̃ vſq; modo et ego
operor. Sed ceſſauit a nouis rerũ generib⁹

et ſpeciebus cõdendis. Nã vt idẽ Tho. po-
nit. i. pte. q. lxxiij. Poſt opera ſex dierũ a deo
multa facta ſunt. et fiũt a deo quotidie. ſicut
noua indiuidua in q̃libet ſpecie. ⁊ noue ſpẽs
que frequẽter apparẽt in aĩalibus ex putrefa
ctione generatiſ. et noua miracula ⁊ noue aĩe
Tñ nihil ex his factũ eſt nouũ quin aliqua
liter in opibus ſex dierũ p̃ceſſerit aut p̃extite-
rit. Siue materialiter ſicut de coſta Ade for
mauit mulierẽ: ſiue cauſaliter ſic̃ indiuidua
que nunc generanť p̃ceſſerũt in primis indi
uiduis ſuarũ ſpecierũ. Species etiã noue ſi
que apparẽt p̃extiterunt in quibuſdã actiuis
virtutibus. ſicut ꝙ aĩalia ex putrefactõne ge
nerata ꝓducanť ex virtutibꝫ ſtellarũ et elemẽ
torum quas a principio acceperũt. etiã ſi no-
ue ſpecies taliũ aĩalium ꝓducanť. aut quedã
precesſerũt ſꝫm ſimilitudinẽ ſicut aĩe que nũc
creanť. ideo nihil nouũ ſub ſole. Eccle. i. ca.
Nõ de aĩabus de nouo creatis intelligi etiã
p̃t. eo ꝙ aĩa ade in operibꝫ illis ſex dierũ crea
ta fuit cui oẽs alie q̃ ꝓducuntur ſigillatim
ſimiles ſunt. Sed adhuc oriť difficultas de
aĩa primi hoĩs an. ſ. fuerit creata ſimul cum
corꝑe vel ante corpus. Et Aug⁹. ſup Geneſ.
ad lr̃am videť ſentire ꝙ creata fuit ante cor-
pus cũ angelis. ſed hoc nõ dicit aſſerẽdo. Et
in li. de eccleſiaſti. dogma. expreſſe ꝯtrariũ aſ
ſerit. Sanct⁹ vero tho. i. pte. q. xci. ꝙ cũ aĩa
vniať corꝑi vt forma. ⁊ ſit naturaliter ps hu
mane nature eſſe nõ p̃t ꝙ fuerit ante corpus
creata. Nã deus primas res inſtituit inper-
fecto ſtatu ſue nature ſꝫm ꝙ vniuſcuiuſqꝫ rei
ſpecies exigebat. Aĩa aũt cum ſit ps huma-
ne nature non habet naturalẽ pfectionẽ niſi
ſꝫm ꝙ eſt corpori vnita. vñ nõ fuiſſet ꝯueniẽſ
aĩam ſine corꝑe creari. Quartũ dubiũ ꝓ-
poſitũ fuit vtrũ deus debuit aĩam tali corꝑi
vnire. Eſt quidẽ vt apparet corp⁹ humanũ
paſſibile corruptibile mortale debile ſatis et
imbecille. Superatur a corporibus celeſtibuſ
in impaſſibilitate in ſplendore in decore. A
lince in viſu. a cane ⁊ vulture in odore. a por
co in auditu. a ſimea in guſtu. et aranea in ta
ctu. a volucribꝫ in agilitate et hmõi. Si aĩa
nobiliſſima eſt creatura cur corpori tam infi
mo deus illã copulauit. Ad qð rñdet Bona
uen. in. ij. di. xvij. ꝙ hoc cõuenienter factuꝫ
eſt quattuor rationibus.

Prima qꝛ ſic requirebat ordo hoĩs in ſe.

Secũda qꝛ ſic requirebat ordo hoĩs ad crea
turam inferiorẽ.

Tercia quia ſic requirebat ordo hoĩs ad cre
aturam parem.

Quarta qꝛ ſic requirebat ordo hoĩs ad finẽ.

Primo requirebat ordo hoĩs ad ſe vt ani
ma tali corpori vniretur. Nã homo cõditus
fuit vt natus multa cognoſceret nõ ſolũ co-
gnitione intellectiua ſed etiã ſenſitiua. ideo
debuit ei dari corpus multiforme vt diuerſa
organa diuerſitati ſenſuũ deſeruirent ad di-
uerſa obiecta cognoſcenda. Quia etiã cõdi-
tus fuit in vertilitate arbitrij vt potens viue
re in iuſticia et mori per culpã. Dari debuit
etiã ei corpus qð nõ tm̃ eſſet abile ad viuen-
dum ſed etiã poſſet fieri abile ad corrumpen
dum ſiue moriendũ. Ideo corpus illud nõ
debuit eſſe celeſte ſed elementare. Secũdo
requirebat ordo hoĩs ad creaturã inferiorẽ
vt tale corpus ſibi dareť. Quia eñ corpora-
les nature inferiores facte ſunt vt deſeruirẽt
creature rõnali. hinc eſt ꝙ debuit fieri rõna-
lis creatura taliter cõpoſita ꝙ obſequiũ crea
turarũ inferiorũ eſſet ei vtile. Quare nõ de-
buit corpus hoĩs tã ex natura ſuperiorũ cor
porũ q̃ꝫ ex natura elementoꝝ cõſtitui. Ter
cio ſic requirebat ordo hominis ad creaturã
parẽ. Sicut eñ facta eſt vna creatura rõna-
lis ꝓpe deũ ⁊ in loco ſupremo. ſ. celo empirreo
ſic debuit fieri alia rationalis creatura ĩ loco
infimo. ſ. in terra. Et ideo corp⁹ eius debuit
inſtitui ex natura tali habitationi ꝯuenienti
Quarto ordo hoĩs ad finẽ requirebat vt
tale corpus haberet. Debebat quidẽ homo
ſubijci deo per abiectionẽ humilitatis vt ſic
aſcenderet vñ angelus ceciderat ꝑ electionẽ.
Ideo ei dari debuit corpus in quo puluerẽ
ſe reputãs deo ꝑ oĩa ſubiaceret. Et ſi obijce-
retur ꝙ pfectioris forme debet eſſe pfectius
ſuſceptibile. Sed aĩa intellectiua eſt pfectiſ-
ſima animaꝝ. Cum oĩm alioꝝ animaliũ cor
pora habeãt naturaliter inſita tegumẽta pu-
ta piloꝝ loco veſtium. et vnguiũ loco calcia
mentoꝝ. habeant etiaꝫ arma naturaliter ſibi
data ſicut vngues dentes aut cornua. ꝗ vide
tur ꝙ aĩa intellectiua nõ debuerit vniri cor-
pori impfecto tãq̃ꝫ talibus auxilijs priuato
Ad h̃ rñdet tho. i. pte. q. lxxvi. arti. v. ĩ rñſio-
ne ad quartũ ar. ꝙ aĩa intellectiua qꝛ eſt vni
uerſaliũ ꝯprehẽſiua hꝫ ꝟtutẽ ad infinita. Et
iõ nõ potuerũt ſibi determinari a natura de
terminate extimatões naturales vel etiã de-
terminata auxilia vel defenſionũ ľ tegumẽto
rũ ſic̃ alijs aĩalibꝫ quoꝝ aĩe hñt apprehenſio-
nem et virtutẽ ad aliqua pticularia determi-
nata. ſed loco horũ oĩm hõ naturaliter habet
rõnem et manus q̃ ſunt organa organoꝝ. qꝛ
ꝑ eas hõ p̃t ſibi p̃parare inſtrumẽta infinito-
rum modoruꝫ et ad infinitos effectus. Cun
cta ergo q̃ ſunt in hoĩe tã ex pte aĩe q̃ꝫ ex pte.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corporis q̄ꝫ etiã ex parte vtriuſqꝫ bene opti-
meqꝫ diſpoſuit ſapientiſſim⁹ artifex ille de⁹
Ob qḋ Cicero in li. de legibus dicebat. Ani
mal hoc ꝓuidũ ſagax multiplex. acutũ me-
moria. plenũ rõnis et conſilij quẽ vocamus
hoĩem ꝑclara quadã cõditione generatũ eſſe
a deo cõſtat. Et Bernardus in ſermonibus
inq̇t. Parũ ne tibi videt̃ hoc. cogita qualẽ te
fecit. nempe ſ̃m corpuſ egregiã creaturã. ſ̃m
aĩam magis imaginẽ creatoris inſignẽ. rõ-
nis participẽ. beatitudinis eterne capacem.
Porro ambo ſibi cohercre fecit artificio incõ
prehenſibili et ſapiã inueſtigabili. Nec hoc
ante ꝓmeruit qui ante nõ fuit. nec ſpes retri-
butionis fuit. Nec ideo fecit quia bonorum
noſtrorum eget.

¶ De aĩa ſeparata que immortalis eſt et ꝑpe-
tua et de locis ad que aĩe transferunt̃ poſtq̄ꝫ
exeunt de corporibus.

¶ Capitulũ. iij.

Terciũ myſteriũ de aĩa ꝯtemplandũ ẽ
ſepationis. Propter tranſgreſſionẽ qui
dem primoꝝ parentũ mors ĩ oẽs filios adã
decreto dei iuſte deſeuit. Quare ⁊ aĩam a cor
pore ſuo ſepari neceſſe eſt. De qua in hac ꝑte
quatuor dubia declaremus.
Primũ vtrũ aĩa a corꝑe ſepata ſit ĩmortalis.
¶ Secundũ vtrũ aĩe ſepate tranſferant̃ ad ali
qua loca.
¶ Terciũ vtrũ loca faciant ad delectationẽ, vel
penã aĩabus ſeparatis.
¶ Quartũ vtrum anime exeant de locis ad que
tranſferuntur.
¶ Primũ dubiũ eſt vtrũ aĩa a corpore ſepa-
ta ſit immortalis Nã pleriqꝫ temere affirma
re nõ erubeſcũt. Qꝫ aĩe ſimul cũ corporib⁹ mo
riant̃. In quoꝝ ꝑſona inq̇t ſapiẽs Eccleſia-
ſtes. iij. c. Unus interitus eſt hoĩm et iumẽ-
torũ et equa vtriuſqꝫ cõditio. Sicut morit̃
hõ ſic ⁊ illa moriunt̃. Cõtra q̄s eſt auctoritaſ
fidei et oĩm ſapientũ doctrina. Apparet autẽ
immortalẽ aĩam atqꝫ incorruptibilẽ ex trib⁹.
¶ Primo ex generali cõfeſſione.
¶ Secũdo ex euidenti rõne.
¶ Tercio ex clara exemplatione.
¶ Primo apparet ꝙ ſit immortalis aĩa ex ge
nerali cõfeſſione. Id nãqꝫ cõfitent̃ ⁊ ꝑdicant
phi. poete. doctoreſ. immo ꝗlibet magno et
excellenti ingenio viri. quoꝝ dicta in hoc lo
co inſeramus. Auerrois ſup. xi. metaphyſi-
ce ita dixit. Aĩa manet poſt mortẽ et finis ꝓ-
ſperitatis eius erit ſi iungat̃ primo motori.
Et Auicenna. v. ꝑte naturaliũ. Cũ aĩa libe-
rabit̃ a corpore ⁊ ab accidẽtib⁹ corꝑis tũc po
terit cõiungi intelligẽtie agẽti. Et tunc inue-
niet in ea pulcritudinẽ intelligibilem et dele-
ctationẽ ꝑhennem. et vocat intelligentiam
agentẽ deũ. Galienus in li. de ſpermate. Si-
cut lumen ſolis quod eſt incorruptibile ſepa
ratur ab aere et ab oĩ oculoꝝ intuitu. ſic ſine
ſui corruptõne ſepatur a corpore aĩa. Plato
ſ̃m Macrobiũ in li. ſaturnaliũ. et Augelliũ
in li. noctiũ acticarũ. librũ ſcripſit de immor
talitate aĩe quẽ Tullius trãſtulit in latinũ.
denoĩauitqꝫ illũ a phedone quodã ſocrati et
platoni dilecto. ibi ſic ait. Perfect⁹ et purga-
tus hinc exiens habitabit cũ deo. Idẽ in thi
meo. Aĩa eſt immortalis et ſ̃m ꝙ vicerit paſ
ſiones vel victa fuerit premiabit̃ vel punict̃
poſt hanc vitã. Macrobius ſuꝑ ſomniũ ſci-
pionis. Sic habeto oĩbus q̇ patriã ſeruaue
rint. iuuerint. auxerint certũ eſſe in celo defi
nitũ locuꝫ vbi beati euo ſempiterno fruant̃.
Lactantius li. vij. diui. inſti. aduerſus gen-
tes dicit. ꝙ quidã cõſuluit Apollinẽ mileſiũ
vtrũ aĩa maneat poſt mortẽ. q̇ rñdit. Aĩa q̄ꝫ-
diu vinculis detinet̃ in corꝑe corruptibiles
paſſiones ſentiẽs mortalib⁹ cedit doloribus.
Cũ vero poſt humanã ſolutionẽ velociſſimã
poſt ſolutũ corpus inuenit̃ oĩno e terra fert̃.
nunq̄ꝫ ſeneſcens. et manet in eternũ. Lucre-
tius vt ibidẽ Lactantius refert: dixit. Cedit
idẽ retro de terra qḋ fuit ante in terrã. Sed
qḋ miſſum eſt ex etheris oris. id rurſum celi
fulgentia templa receptãt. Iterũ Lactanti⁹
ibi de Fericide. Immortales eſſe aĩas ferecí
des diſputauit. hec vero ꝓpria eſt in nr̃a reli-
gione doctrina. Ergo Dicearcus cũ Demo
crito errauit qui ꝑire cum corpore ac diſſol-
ui argumentatus eſt. Quintilian⁹ ita retu-
lit. Si q̄s ſciat quis ſit finis bonoꝝ. que ve
ra felicitas: nunq̄ꝫ ſibi videbit̃ ꝑmitura mor
te perire. Et Ouidius li. iij. methamorpho.
Ultima ſemper expectanda dies homini di
ciqꝫ beatus. Ante obitũ nemo ſupremaqꝫ fu
nera debet. Saluſtius in libro de republi.
Ingenia et egregia facinora ſicut aĩa immor
talia ſunt. Ualerius maximus li. ij. c. i. Aſſe-
rit morem fuiſſe galloꝝ mutuare pecunias:
vt eas reciperent apud inferos. Seneca ad
Lucillũ ita ſcribit. Si tranquille volumus
viuere in expedito habenda eſt anima vt ſiue
illã inſidie ſiue egritudines petant. quid ali-
ud debeo niſi vt exeat exhortari et cũ oĩbus
eam bonis emittere. Uade inq̄ꝫ vade forti-
ter. vade feliciter. nihil dubitans en rerũ na
tura q̄ te generauit expectat. et locus iſte meli
or ⁊ tutior. Didim⁹ ad Alexandrũ ita loquit̃
Nos nõ ſumus huius mũdi incole ſed ad-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uene. nec ita in orbē terrarū venim⁹ tanq̄ȝ in eo cōſiſtere libeat: ſed tranſire. ꝓperamus eni ad patriū larē nullis delictoꝝ ponderib⁹ pregrauati. Tullius in q̄ſtionibus tuſculanis clamat. Nō eſt lugēda mors quā immortalitas conſequit᷑. Idē in li. de ſenectute inducit cathonē conferentē cum Publio ſcipione et Gayo lelio. Ego inq̄t patres vr̄os viuere arbitror et ea quidē vita q̄ eſt ſola vita noiāda Nā dū ſumus incluſi in his ꝓpaginib⁹ corporis munere quodā neceſſitat̄ ⁊ graui ope pfungimur. Eſt enī celeſtis animus ex altiſſimo domicilio depreſſus et quaſi demerſus integrū locū diuine nature eternitatiq̄ȝ ꝯriū. Sed credo deos immortales ſpiraſſe aīos ī hūana corpa vt eſſent q̄ terra vterent᷑. quiq̄ȝ celeſtiū ordinē ꝯtemplātes imitarent᷑ eū vite mō atq̄ȝ cōſtantia. Nec ſolū me rō impulit vt ita crederē ſed nobilitas etiā ſummoꝝ phoꝝ et auctoritas demonſtrabant mihi, pterea q̄ Socrates ſupmo die vite de immortalitate aīoꝝ diſſeruiſſet. Is q̄ eſſ3 oīm ſapientiſſim⁹ oraculo appollinis iudicat⁹. Quid multa ſic mihi ꝑſuaſi ſic ſentio cū tāta ſit celeritas aīorum memoria pteritoꝝ. futurorū prudentia tot artes. tot ſcie. tot inuēta nō poſſe eā naturā q̄ res ipas cōtineat eſſe mortalē. ¶ Scdo apparet ꝙ aīa ſit immortalis ex euidēti rōne q̄ multiplex aſſignari pt.

Prima dicit᷑ ceſſationis.
¶ Secunda ſuperationis.
¶ Tercia operationis.
¶ Quarta inclinationis.
¶ Quinta perfectionis.
¶ Sexta ordinationis.
¶ Septima iuſtificationis.
¶ Octaua remunerationis.
¶ Nona aſſimilationis.
¶ Decima reſurrectionis.
¶ Undecima orationis.
¶ Duodecima cōparationis.

¶ Prima rō ex q̄ colligit᷑ ꝙ ſit īmortalis aīa dr̄ ceſſationis. Ceſſat quidē in ea materia cū ſit ſub̄a ſimplex ⁊ nō ſit ꝯpoſita ex materia et forma. Uñ Aug⁹. in. vij. ſup Geneſim ad literā ait. Ꝙ aīa nō eſt facta ex materia corpali neq̄ȝ ex materia ſpūali. Et hoc manifeſtū eſt ſm tho. i. pte. q. lxxv. ꝑcipue ex rōne hūane aīe inq̄ȝtuȝ eſt intellectiua. Nā oē qd̄ recipit᷑ in aliquo recipit᷑ ꝑ modū recipiētis. Sic aūt cognoſcit᷑ vnūqdq̄ȝ ſm ꝙ forma eius eſt in cognoſcente. Aīa aūt intellectiua cognoſcit rē aliquā in ſua natura abſoluta puta lapidē inq̄ȝtū eſt lapis abſolute. Eſt ẽ forma lapidiſ abſolute ſm rōnem ꝓpriā formalē in aīa intellectiua. Quare et ipa aīa intellectiua eſt forma abſoluta ⁊ nō cōpoſita ex materia et forma. Nā ſi ſic eſſet cōpoſita. forme rerū reciperent᷑ in ea vt indiuiduales. et ſic nō cognoſceret niſi ſingulare vt accidit in potētijs ſenſitiuis q̄ recipiūt formas rerū ī organo corpali. Materia enī eſt pncipiū indiuiduatōis formarū. Relinquit᷑ ẽ ꝙ aīa intellectiua et oīs intellectualis ſubſtātia cognoſcens formas abſolute. caret ꝯpoſitione materie et forme. Oīs aūt corruptio ꝓcedit a ꝯditōe materie. licet enī ſit incorruptibilis et ingenita ſm ſe vt dr̄. i. phyſicoꝝ. tn̄ eſt cā corruptōis eo ꝙ in potētia ad multas formas nec ſatiſfit appetitui ſuo ꝑ aliquā formā corpm inferioꝝ. Uñ licet materia ꝓprie nō corrumpat᷑ ꝑ ſe nec forma ꝑ ſe ſed ſolū ꝯpoſitū. tn̄ corruptōis huiuſ cā eſt materia. Cū igit᷑ vt dictū ē aīa nō ſit cōpoſita ex materia ⁊ forma q̄ȝ tunc nō diceret᷑ aīa ſȝ animatū. ẽ ptȝ ꝙ aīa ē incorruptibilis. Et vt inq̄t tho. vbi. ſ. dato ꝙ aīa eſſet cōpoſita ex materia ⁊ forma. tn̄ adhuc oporteret ponere eā incorruptibilē. nō enī inuenit᷑ corruptio niſi vbi inuenit᷑ ꝯrietas. Generatōnes nāq̄ȝ et corruptōes ex ꝯtrarijs in cōtraria ſūt. Uñ corpa celeſtia q̄ȝ nō hn̄t materiā ꝯrietati ſubiectā incorruptibilia ſunt. In aīa aūt intellectiua nō pōt eſſe aliq̄ ꝯtrarietas. recipit enī ſm modū ſui eſſe. ea vero q̄ in ipa recipiūtur ſunt abſq̄ȝ ꝯrietate. Nā intelligit ignē et aquā abſq̄ȝ ꝯrietate. Rōnes quidē ꝯtrarioꝝ in intellectu nō ſunt ꝯtrarie ſed eſt vna ſnīa cōtrarioꝝ. Impoſſibile eſt ẽ ꝙ aīa intellectiua ſit corruptibilis. ¶ Scd̄a rō qua oſ̄dit᷑ ꝙ aīa ſit immortalis dr̄ ſupationis. Superat aīa intellectiua et excedit nobilitatē et dignitatē quorūcūq̄ȝ corpm tā elementariū q̄ȝ celeſtiū. qd̄ ꝓbat᷑ ex dictis oīm ſapientū. Inquit Aug⁹. ī li. de libero arbi. Oīs aīa omni corpe eſt nobilior ſeu melior. Et idē li. lxxxiij queſtio. Oīs aīa melior eſt omni corpore. et idē in li. de duab⁹ aīabus. Aīa luce iſta quā hoīes venerant᷑ melior eſt qm̄ quidē illa intelligit᷑ mēte. hec ſenſu corpis innoteſcit. Et idē viij. de ciui. dei. c. xv. Omni corpori pferuntur anime. Et in li. ſoliloquiorū. Quicquid celi ambitu cōtinetur inferius ab anima humana eſt. Et Criſto. in libro de lapſu mundi Quanto ait celum terra pulcrius tanto anime pulcritudo omnē formam q̄ȝuis pulcerrimi corporis ſuperat. Ad idē eſt glo. c. cū ſit. de eta. et quali. ordi. et. xij. q. i. c. precipimus. Et cōfirmat᷑. xxiiij. q. iij. c. ſi habes. Et de peniten. et re. c. cū infirmitas. Et. C. de ſacroſanc. ec. l. ſancimus. Et Ariſto. in pncipio.

li. de aĩa docet. qualiter ſcĩa de aĩa q̃tum ad
bonitatẽ et honorabilitatẽ eſt pponẽda alijs
ſciẽtijs naturalibꝫ q̃ ſunt de numero bonoꝝ
honorabiliũ ꝓpter nobilitatez ſubiecti qð eſt
aĩa intellectiua. Iterũ in. i. de aĩa ait. Aĩa aũt
aliq̃d meli⁹ eſſe et antiqui⁹. i. nobili⁹ impoſſi
bile eſt. Impoſſibilius aũt adhuc intellectu
ſcȝ eſſe aliq̃d nobilius. rõnabiliſſimũ enĩ eſſe
hȝ et nobiliſſimũ ẜm naturã. Ex his arguit̃
ſic. Omne qð nõ ſubijcit̃ motui celi eſt incor
ruptibile. Nã motus celi eſt cã generatõnis
⁊ corruptõis. ſȝ aĩa nõ ſubijcit̃ motui celi. nã
nullũ minus nobile pt̃ agere in maius nobi
le nec illud deſtruere. Sic itaqꝫ cũ aĩa rõna-
lis q̃ eſt ſpũs nobilior ſit celo qð eſt corp⁹ nõ
ſubijciet̃ celo. Inſup̱ h̃ demõſtrari pt. Quia
tanto creatura eſt nobilior q̃to magis appro
pinquat deo. vñ creature que ſunt tm̃ et ſolũ
habẽt eſſe ſunt in infimo gradu nobilitatis
Creature q̃ habent eſſe ⁊ viuere ſunt illis no
biliores. Multo digniores ꝟo ſunt creature
q̃ habent eſſe viuere ⁊ ſentire. Quibꝫ oĩbus p̃
ponunt̃ creature q̃ habẽt diſcernere ⁊ intelli-
gere. Cũ ergo celi habeãt tm̃ eſſe. ſequit̃ ꝙ in
cõparabiliter illis ſit excellentior aĩa. Poteſt
adhuc aĩa inclinatões corpis et influentijs
corpoꝝ celeſtiũ reprimere ⁊ refrenare. Qua-
re cũ nec a celo cauſet̃ nec illi ſubijciat̃ erit p̱
cõſequens incorruptibilis. ¶ Tercia rõ oſtẽ
dens aĩam eſſe immortalẽ ðr operatõis. Cu-
iuſlibet nãqꝫ ſubſtãtie corruptibiliſ operatio
ſua duratõe debilitat̃ ⁊ deficit vſqꝫ ad vltimũ
defectũ q̃ eſt corruptio vel mors. Sed opera
tio aĩe ſua duratõe inualeſcit et ꝑficit. qꝛ vt
ſcribit̃ Iob. xij. c. In antiq̃s eſt ſapiẽtia ⁊ in
multo tp̃e prudẽtia. ideo apparet ꝙ aĩa ſit im
mortalis et incorruptibilis. Quarta rõ qua
ꝓbat̃ ꝙ aĩa ſit immortalis dicit̃ inclinatõis.
Oẽs quidẽ hoĩes naturaliter inclinant̃ ad
deſiderandã vitã ppetuã et beatitudinẽ. ſed
impoſſibile eſt appetitũ naturalẽ eẽ fruſtra ex
ij. metaphy. vbi dicit Ariſto. deſideriũ natu
rale nõ eſt fruſtra. Et i li. de celoꝛ mũdo. Na
tura nõ facit aliqð factũ vanũ. Igit̃ neceſſe ẽ
ponere aĩam immortalẽ. Hec eſt rõ tho. in. ij.
cõtra gentiles. c. lxxviij. Et in. i. pte. q. lxxv.
¶ Quinta rõ ðr ꝑfectõis. Ad ꝑfectionẽ nãqꝫ
vniuerſi requirit̃ diuerſus gradus creatura
rũ. Vñ Grego. in. iiij. dialogoꝝ dicit. Tres
vitales ſpũs creauit oĩpotens de⁹. Vnũ qui
carne tegit̃ et cũ carne morit̃. hic eſt iumento
rũ et aĩaliũ irrationaliũ. Aliũ q̃ carne nõ te-
gitur nec cũ carne morit̃. hic eſt angeloꝝ. Et
terciũ q̃ carne tegit̃ et nõ cũ carne morit̃. hic
eſt hoĩm rõne p̄dictoꝝ. Apparet g̃ ꝙ ad ꝑfe-
ctionẽ vniuerſi ponẽda eſt aĩa immortalis.
¶ Sexta rõ dicit̃ ordinatõnis et hoc refert̃
ad diuinã ſapientiã. Sapiẽtis nãqꝫ eſt ordi
nare bona ad bonũ et optima ad optimũ fi-
nem. Si g̃ deus oĩa ordinauit ad hoĩem vi-
detur ꝙ hõ poſt deũ ſit oĩm creaturaꝝ finis
Finis aũt nobilior eſt principio. Cũ g̃ mũ-
dus ſit ppetuus q̃tũ ad ſubſtantiã vt pȝ de
elemẽtis et corpibus celeſtibꝫ. ergo et aĩa erit
ppetua. Hanc rationẽ Lactantius tangit li.
vij. diui. inſti. vbi ait. Si hoĩm cauſa fact⁹
eſt mundus et ita factus eſt vt eſſet eternus. ſ.
q̃tum ad ſubſtantiã: cur ipi quoꝝ cauſa fa-
ctus eſt nõ ſunt ſempiterni. At nõnulli deo
noſtro ingratiſſimi negare nõ cõfunduntur
ad hoĩm vtilitatẽ cũcta q̃ in celo et q̃ in terra
ſunt eſſe ordinata. Qui audire debent illud
qð ſcribitur Deutro. iiij. ca. Solem et lunã
et oĩa aſtra celi creauit dñs deus in miniſte-
rium cunctis gentibꝫ. Et dauid loquens ad
deũ cum admiratione dicebat. Quid eſt ho-
mo ꝙ memor es eius: aut filius hoĩs qm̃ vi
ſitas eum. Minuiſti eũ paulominus ab an-
gelis gloria et honore coronaſti eum et cõſti-
tuiſti eum ſup̱ opa manuũ tuarũ. Oĩa ſubie
ciſti ſub pedibꝫ ei⁹: oues et boues vniuerſas
inſuper et pecora campi. Volucres celi et pi
ſces maris. Et de hoc Aug⁹. adhuc ita lo-
quitur. Omnia dñe ſub pedibꝫ hoĩs ſubieci
ſti vt ſolus homo ſup̱ oĩa tua tuus eſſet tot⁹.
Exteriora nãqꝫ ꝓ corpe cuncta creaſti. Ipm
vero ꝓ aĩa animã ꝓ te vt tibi ſoli vacaret te
ſolũ amaret et poſſideret ad ſolatiũ. Lactan-
tius autẽ li. vij. diuina. inſti. prius eleganter
ſuadet mundũ ſine cauſa factum nõ eſſe. de-
mum et ꝓpter hominem a deo cõditum con-
fitetur. Inquit ergo ſic. Cum mundus om-
neſqꝫ partes eius vt videmus mirabilis ra-
tio gubernet. cum celi temperatio et equalis
in ipſa varietate curſus aſtrorum luminũqꝫ
celeſtiũ: temporũ cõſtans ac mira deſcriptio
terrarũ varia fecunditas: plana camporum
munimenta. et aggeries montium: viriditas
vbertaſqꝫ ſiluarũ fontium ſaluberrima eru-
ptio. Fluminũ oportuna inundatio. Mariſ
opulenta et copioſa interfuſio: ventoruȝ di-
uerſa et vtilis aſpiratio. terra ceteraqꝫ omnia
ratione ſumma cõſtent. Quis tam cecus eſt
vt exiſtimet ſine cauſa eſſe facta in quibus mi
ra diſpoſitio ꝓuidentiſſime rationis elucet.
Deinde ſequitur Lactantius inſinuans ꝙ
nõ niſi propter hominẽ cuncta ſint facta et
ait. Quis eſt enĩ tam ineptus vel tã ocioſus
vt aggrediat̃ aliq̃d facere fruſtra ex quo nul
lam vtilitatẽ nullũ comodũ ſperet. q̃ domũ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

edificat. non ideo edificat vt tantummõ do-
mus ſit ſꝫ vt in ea poſſit habitari. Qui nauē
fabricat nõ ideo inſumit operã vt tm̄ nauis
appareat ſed vt ea nauiget᷑. Item qui vas ali
qđ inſtituit ac format non ꝓpterea id facit vt
tm̄ feciſſe videat᷑ ſed vt vas illud effectũ capi
at aliq̄d neceſſariũ. Similiter cetera q̄cunqꝫ
fiunt nõ vtiqꝫ in ſupuacuũ ſed ad vſus ali-
quos vtiles laborant᷑. Mundus ergo a deo
factus eſt non vtiqꝫ ꝓpter ipm̄ mundũ. Neqꝫ
eni aut calore ſolis aut lune aut aſpiratione
ventorum aut humore imbriũ aut alimonia
frugũ cũ ſenſu careat indiget. Sed ne illud
quidē dici p̄t ꝙ deus ꝓpter ſeipm̄ fecit mun-
dũ. qm̄ p̄t eſſe ſine mũdo ſicut fuit antea. Et
his oibus q̄ in eo ſunt queqꝫ generant᷑ deus
nõ vtit᷑. Apparet ergo animantiũ cauſa mun
dum eſſe cõſtructũ. qm̄ rebus his q̄bus con
ſtat aiantes fruunt᷑. Rurſus ceteras aiantes
hois cauſa eſſe factas ex eo clarũ eſt ꝙ homi-
ni ſeruiũt et tutele atqꝫ vſibꝫ eius date ſunt:
qm̄ ſiue terrene ſũt ſiue aquatiles nõ ſentiũt
mũdi rõem ſic̄ homo. hec Lactantiꝰ. Ut aũt
breuius hanc pte͂ decurramꝰ. Hugo in li. de
arra ſponſe ſic ad hoiem dicit. Reſpice vni-
uerſuꝫ mundũ iſtũ ⁊ ↄſidera ſi aliq̄d in eo ſit
qđ tibi nõ ſeruiat. ois natura ad hũc finē di-
rigit curſum ſuũ vt obſequijs tuis famulet᷑:
tuiſqꝫ neceſſitatibꝫ ſ͛m affluentiã indeficien-
tē occurrat. hoc celũ hoc terra hoc mare hoc
aer cũ his q̄ ſunt in eis vniuerſis explere' nõ
ceſſant. hec Hugo. Res eſt ꝑfecto ab oibus
ponderãda ꝙ piiſſimꝰ oim̄ pater deus tot in
numeris bñficijs tot ampliſſimis muneribꝫ
tot abundantiſſimis gratijs voluerit aiãꝫ rõ
nalē dotare. Ipſi corpus organicũ mirabili
opificio extructũ cũ ſenſibꝫ copulauit. Ipſi
celos et ſidera firmamēti elemētaqꝫ oia et ex
illis cõpoſita ſeruire iuſſit. Ipſi angelos ad
cuſtodiã deputauit. Ipſi leges ⁊ p̄cepta bene
viuēdi inſtituit. Et cum nec ſic ſuũ creatorē
agnoſceret: miſit vnigenitũ filiũ ſuũ q̄ viã ve
ritatis illã doceret qui errantē ad ſemitã vite
ꝑduceret: q̄ deniqꝫ illã ſanguie ſuo p̄cioſo re-
dimeret. Quis igit᷑ tam egregiã tã inſignē tã
p̄clarã tãqꝫ deo chariſſimã creaturã ad ima-
ginē et ſuã ſimilitudinē formatã morituraꝫ
audeat affirmare. Aperi oculos tuos o aĩa
tanto decore redimita. O aĩa tanta diligētia
a tuo creatore cuſtodita. O aĩa tãto labore a
ieſu filio dei et virginis q̄ſita: tãto dolore re-
cuperata: tãta deniqꝫ p̄cio redempta et ↄſide
ra in teipa ſapiam dei q̄ nõ ab re circa te tan-
ta dignatus eſt operari. ¶ Septima rõ qua
oſtendimus ꝙ aĩa ſit immortalis dr̄ iuſtifi-
cationiſ. Clamãt oẽs ſancti iuſtiſſimũ eſſe de
um. ſicut pꝫ in ſermone de iuſticia dei in q̄-
drageſimali nr̄o. Et vbi eſſꝫ iuſticia dei ſi aĩa
cũ corꝑe morere᷑. q̄nquidē tot mala in p̄nti
remanent impunita. Sed ꝑfecto nõ ſine pe
na tranſibũt impij qui in ſuis malis ⁊ iniq̄-
tatibꝫ ꝓſperantur. qꝛ in futura vita equiſſimꝰ
ille deus reddet vnicuiqꝫ ſ͛m opa ſua. vt la-
tius diximus in p̄tacto ſermone. Nõ glorie-
tur peccatores in malicia ſua: qm̄ de illis in-
quit in pſ. lxxvij. dauid. Cõſummet᷑ nequi-
cia peccatorum. Et pſ. xxxi. Multa flagella
peccatoris. Et ſapiēs ꝓuerb. v. c. Iniq̄tates
ſue capient impiũ. Nã et Seneca in trage-
dijs hoc ipm̄ ꝓfitet᷑. Inq̄t aũt ſic. Qđ quiſqꝫ
fecit patit᷑ auctorē ſcelus repetit. Et Plato in
fedrone dixit. Eſt in reuera defunctoꝝ aĩas
extare: ⁊ bonis meliꝰ eſſe malis aũt deterius.
¶ Octaua rõ qua deducit᷑ immortalitas aĩe
dr̄ remuneratõis. Hoc ſpectat ad clementiã
et benignitatē dei. qui ſicut nullum malũ im
punitũ: ita nec vllum bonũ irremuneratũ re
linquit. Hoc aũt eſſet ſi aĩa periret cũ corpo-
re qm̄ amici ſui qui corpora eoꝝ et volunta-
rijs caſtigationibꝫ ⁊ illatis paſſionibꝫ obtu
lerũt nullã inde reportaſſent mercedē. Intue
amur q̄d apl̄i: q̄d cõfeſſores: q̄d virgines: q̄d
et martyres egerint ꝓ dei amore. et inde ↄclu
damus ꝙ ſi mortua foret illoꝝ aĩa dei manꝰ
vacua eſſet a munere liberalitatis. Errauerũt
in ſolitudinibꝫ illi. in ſpeluncis: in cauernis
in ſciſſuris petrarũ et montiũ affligētes car-
nem vigilijs: ieiunijs: genuflexionibꝫ: verbe
ribus ⁊ diſciplinis. Alij ludibria et vincula
experti ſunt. Alij lapidati ſunt. Alij capite ce-
ſi. Alij flammis aduſti. Alij ſagittis vulne-
rati. Alij in mare ⁊ fluminibus demerſi. Alij
exquiſitiſſimis cruciatibꝫ necati vt deo glo-
riam ⁊ honorē impenderēt. Nunq̄d ſine re-
tributõe laborauerũt incaſſuꝫ? O pietas dei
benedicti. O charitas p̄ris eterni. Ipſe vtiqꝫ
diligentibus ſe bona inuaſibilia preparauit
que oculus nõ vidit et auris nõ audiuit. Et
ꝓpterea ſaluator noſter Matth. v. c. ſuos di-
ſcipulos cõfortabat dicens. Beati eſtis cum
maledixerint vobis homines et ꝑſecuti vos
fuerint et dixerint omne malũ aduerſus vos
mentientes ꝓpter me. gaudete et exultate qm̄
merces veſtra copioſa eſt in celis. ¶ Nona
ratio dicit᷑ aſſimilatõnis. de qua ſic dicit Au
guſti. i li. de ſpiritu ⁊ aĩa. Immortalis eſt aĩa
ne a ſui creatoris ſil'itudine diſcrepare videa
tur. Nõ eni poterat eſſe imago et ſil'itudo dei
ſi vllo mortis termino clauderet᷑. ¶ Decima
ratio dr̄ reſurrectõis. Eſt articulus fidei ꝙ

mortui reſurgēt. Et de hoc diffuſe ſcripſi in
quadrageſimali in ſermone de reſurrectōne
generali. Quia itaqꝫ erit reſurrectio q̄ fiet ꝑ
vnionē aīarum ad ſua ꝓpria corpora virtute
diuina. Et qꝛ xp̄us ſurrexit a mortuis. Et
alij poſt mortē miraculoſe redierūt ad vitaꝫ
neceſſe habemus cōfiteri ꝙ aīa ſit immorta-
lis. ¶ Undecima rō dꝛ orōis. Orat eccleſia
ꝓ defunctis ꝛ ſuffragia facit ꝓ aīabus in pur
gatorio penale debitū exoluentibꝫ. Igitꝰ aīa
eſt immortalis. ¶ Duodecima rō dꝛ cōpara
tionis. Cōparando quippe aīam q̄ eſt vltima
forma ad primā materiā ponenda eſt aīa in-
corruptibilis. Nā ſicut eſſe intelligibile eſt
ꝑmanentiꝰ q̄ꝫ eſſe ſenſibile. Sic ꝛ recipiens
eſſe intelligibile eſt ꝑmanentiꝰ q̄ꝫ recipiēs eē
ſenſibile. Sed recipiēs eſſe ſenſibile eſt incor
ruptibile ſm ſuā ſubſtantiā. ſ. materia p̄ma.
ergo multo fortiꝰ intellectus poſſibilis q̄ eſt
receptiuꝰ formarū intelligibiliū. ¶ Tercio
apparet ꝙ ſit immortalꝭ aīa ex clara exempla-
tione. Sunt tria exempla lucidiſſima q̄ oſtē
dunt aīaꝫ eſſe imortalē in q̄bus tāq̄ꝫ in ſplen
didiſſimo ſpeculo q̄libet tante rei veritatē in-
ſpicere p̄t.

¶ Primū exemplū dꝛ toleratōis.
¶ Secundū apparitōnis.
¶ Tercium exauditionis.

¶ Primū exemplū dꝛ toleratōis. vt enī ſcri-
bit Cicero in q̄ſtionibꝫ tuſculanis. Nemo
vnq̄ꝫ ſine magna ſpe immortalitatis ſe ꝓ pa
tria offerret ad mortē. De martyribꝫ clarum
eſt ꝙ mortē nō timuerūt quā vitare potuiſſent
ſi xp̄m relinquere voluiſſent. Sed ad ph̄os
veniamꝰ. Recitat Augꝰ. li. i. de ciui. dei. ca.
xxij. ꝙ quidaꝫ ph̄s Theōbrotus noīe lecto
Platonis li. de imortalitate animarū. de mu
ro ſe p̄cipitē dedit. itaq̄ꝫ interfecit ſemetip̄m.
Et Lactantiꝰ li. iij. diui. inſti. ait. Multi ex
his q̄ eternas eſſe aīas ſuſpicati ſunt tāq̄ꝫ in
celū migraturi ſibi ipſis manus intulerunt. vt
Cleantes vt Criſippꝰ vt Empedocles et Ze
no. Et ex romanis Catho qui fuit in oī vita
ſua ſocratice vanitatis imitator. et qꝛ de ca-
thone fit mētio. Sciendū ꝙ multi fuerūt ſic
noīati. Nā fuit quidā catho cenſorinꝰ de q̄
fit mentio in li. de amicicia. et in q̄ſtionibus
tuſculanis a Cicerone. Et a Plinio in li. de
viris illuſtribꝫ. Et a Ualerio in rubrica de
ſtudio et induſtria. Hic fuit eloquentiſſimꝰ
lr̄is grecis et latinis eruditus. multaq̄ꝫ fecit
magnifica ꝓ re publica et ꝯſulendo et p̄liā
do. Qui vt ſcribitꝰ in ſpeculo geſtoꝝ mundi
tedio duplicis quartane affectus vt beatiore
vita frueretꝰ ſemetip̄m interfecit. Fuit et aliꝰ
catho filius ſupradicti vir bellicoſus. qui vt
ſcribit Frontinꝰ cū in bello ꝯ macedonie re-
gem pugnaret equo ꝓlapſus cū ſe recollegiſ
ſet animaduertit gladium cecidiſſe e vagina
quē fortiter recuperauit ꝛ vulneratis hoſtibꝫ
ad ſuos redijt. Quod exemplū adeo romanos
animauit ad p̄liū ꝛ macedones terruit vt ipſi
macedones vincerentꝰ. Fuit aliꝰ marcus ca
tho filiꝰ ſup̄dicti et nepos cenſorini q̄ cōſul
in affrica diē clauſit extremū. Catho aūt vti-
cenſis q̄ et portius fuit filiꝰ p̄cedentis marci
cathonis q̄ vticenſis dꝛ eo ꝙ in vtica libie ci
uitate ſe occidit. cauſa vero fuit vt nō ſubijce
retur ceſari. q̄m ipſe pompeianas ꝑtes ſecutꝰ
fuerat. Nam vt ait Tullius in. i. de officijs.
Mors turpitudini ac ſeruituti anteponēda
eſt. Ex hoc arguūt quidā ꝓbantes ꝙ aīa ſit
immortalis ex auc̄te. Ariſto. in. iij. ethicoꝝ.
qui ait. ꝙ fortis dꝫ ſe exponere morti ꝓ ſalu
te patrie. et h̄ ſm iudiciū naturalis rōis. Sꝫ
niſi aīa eſſet incorruptibilis nō deberet hoc
appetere. qꝛ nō eſſe ſimpliciꝰ nō cadit ſub ap
petitu. Sꝫ ꝯ hoc nōnulli obijciūt dicētes ꝙ
etiā ſi aīa moreretꝰ cū corpore adhuc velle ſu-
ſtinere mortē ꝓ liberatione patrie et ꝓ repu-
blica eſſꝫ ſm iudiciū rectū rōnis. Nā melior
eſt modicus actus virtutis intenſus q̄ꝫ vita
vicioſa vel cū actu remiſſo ꝑ magnū tp̄s. er-
go fortis debet exponere ꝓ bono virtutis. et
qꝛ ipſe eſt ꝑs cōitatis cuius bonū cōmune na
turaliter eſt magis diligendū q̄ꝫ bonū priua
tum. Et iſta videtꝰ fuiſſe opinio Scoti quā
improbat Landul. in ſuo. iij. di. xliij. Quia
ſicut lex ꝛ rō naturalis p̄ualet oī legi et rōni
maxime create. Ita bonū entitatis naturalis
p̄ualet oī bono cuiuſcūq̄ꝫ virtutis. vn̄ longe
videtꝰ ꝙ ſit eligibilius habere eē ꝑpetualiter
et nō virtuoſum eſſe mortaliter nō dico vicio
ſum eſſe ſed nō virtuoſum q̄ꝫ hr̄e eſſe morale
ad modicū tempus et poſtea habere ꝑpetuū
non eſſe. Similiter puto eligibilius habere
perpetuā entitatē incorruptibilē ſine gloria
patrie q̄ꝫ habere glorioſum eſſe ꝑ vnū diem ꝛ
poſtea ꝑpetuo annihilari. et tamē maius eſt
bonū patrie q̄ꝫ bonū virtutis. hec Landul-
fus. Ricardus etiā de media villa in. iij. diſt.
xxxiij. ita ſcribit. Si anima moreretꝰ cū cor-
pore vt falſo quidā ſunt opinati. homo non
deberet velle ſuſtinere mortē ꝓ liberatōe pa-
trie. Primo quia ſm Auguſti. in. i. de libero
arbi. Quiſquis recte aliquid eligit appeten-
dum neceſſe eſt vt melior fiat cū ad id perue
nerit quod elegit. Melior autē eſſe nō poſſet
qui nō eſſet. Sed ſi anima moreretꝰ cum cor-
pore homo per mortē totaliter deſineret eſſe

excepta materia prima. Ergo moriendo vo-
luntarie ꝑ liberatõe patrie melior nõ eſſet. et
ſic nõ eſſet electio recta. Secũdo nõ debet ho
mo vuluntarie intermittere actũ virtutiſ ali
cui⁹ niſi vt liberi⁹ vacet exercitio maioris vir
tutis. Sed multomagis eſſet cõtra rationẽ
rectã eligere illud ad qđ ſequeret̃ ꝑpetua im-
poſſibilitas operandi ſᷓm quamcũqȝ virtutẽ
q̃ȝ ad tempus intermittere actus vnius vir-
tutis nõ ꝓpter exercitiũ alterius virtutis. Sȝ
ſi aĩa moreret̃ cũ corpore hõ eligẽdo mori: e-
ligeret illud ad qđ ſequeret̃ ꝙ ampli⁹ in ꝑpe
tuum ſᷓm virtutẽ oꝑari nõ poſſet. Iſta cauſa
exercitij dicta ſunt ⁊ vt ſilentiũ imponat̃ his
qui dicunt nõ eſſe ſufficiens immortalitatis
argumentũ. ꝙ illi de quibus mentionẽ feci-
mus ſuperius et reliqui qui patriã dilexerũt
immo et martyres qui xp̄m cõfeſſi ſunt mor-
tem nõ horruerũt. ¶ Secundũ exemplũ in
quo lucet aĩe immortalitas dicit̃ apparitõis.
de apparitõne animarũ diximus in ſermone
de tranſfiguratione ieſu xp̄i benedicti. ideo
tantũ id nũc aſſerim⁹ ꝙ volente deo ad cõſo
lationẽ viuoꝝ ſepius aĩe ſeꝑate diuerſimode
apparuerũt. In legenda ſancte Lucie ſcribit̃
ꝙ orante ip̄a cum matre iuxta ſepulcrũ ſan-
cte Agathe. Luciã ſomnus arripuit viditqȝ
agatham in medio angeloꝝ gemmis ornatã
ſtantẽ et dicentẽ ſibi. Soror mea lucia q̇d a
me petis qđ ip̄a poteris p̄ſtare cõtinuo ma-
tri tue. Nã ecce ꝑ fidẽ tuã ſanata eſt. Euigi-
lans lucia ita inuenit. Nã paſſa fuerat eius
mater annis multis fluxũ ſanguinis. Hiero
nimus in vita pauli prime heremite narrat
qualiter Antoni⁹ longe poſitus a cella pauli
vidit angelos aĩam eius deferẽtes qui mox
currẽs inuenit corpus pauli flexis genibus
in modũ orantis erectũ ita vt ip̄m viuere ex-
timaret. Sed cũ ip̄m mortuũ didiciſſet dixit
O ſancta aĩa qđ gerebas in vita ĩ morte mõ-
ſtraſti. Cum aũt nõ haberet vnde ſepulturã
faceret venerũt duo leones et foueã paraue-
runt: ſepultoqȝ eo redierũt ad ſiluã. Ambro-
ſius refert de beata agnete ꝙ eius ꝑacto mar
tyrio cum parentes eius octaua die iuxta tu
mulũ vigilarẽt viderũt chorũ virginũ veſti-
bus fulgentibus radiantẽ inter quas vide-
runt beatã agnetem ſimili veſte fulgentẽ et a
dextris eius agnũ candidiorẽ niue ſtantem:
quibus illa ait. Videte ne me q̃ſi mortuã lu-
geatis: ſed cõgaudete mecũ et cõgratulami-
ni. quia cũ his oĩbus lucidas ſedes accepi.
Propter quã viſionẽ eccleſia celebrat feſtum
agnetis ſecũdo. Cõſtantina autẽ virgo filia
cõſtantini lepra grauiſſima laborans cũ hãc
viſionẽ audiſſet tumulũ eius adijt: et ibi dũ
orõni inſiſteret: obdormiuit. viditqȝ beatã
agnetẽ ſibi dicentẽ. ſi in xp̄m credideris cõti-
nuo liberaberis. ad quã vocẽ euigilãs ꝑfecte
ſe ſanatã inuenit. q̃ baptiſmuȝ recipiens ſuꝑ
corp⁹ beate agnetis baſilicã fecit et ibi in vir
ginitate ꝑmanſit. In vita ſanctarũ Rufine
et Secunde ponit̃ qualiter apparuerũt cui-
dam matrone noĩe plantille he due ſorores
fuerũt virgines romane: parentibus clariſſi
mis genite. Aſterio. ſ. et aurelia q̃ nupſerunt
armentario et verino: qui accuſauerũt eas ꝙ
xp̄iane eſſent tp̄e Valeriani impatoris et ca-
pte ac tradite donato p̄fecto poſt multa ver-
ba iuſſit rufinã prius cedi. qđ videns ſoror
clamare cepit ad iudicẽ. Quid eſt ꝙ ſororem
meã glorificas ⁊ me inhonoras. Tandẽ poſt
multa vtriſqȝ illata tormenta ducte fuerunt
in ſiluã ĩ via cornelia ab vrbe roma miliario
decimo in fundo qui vocat̃ buxeco: ibiqȝ ru-
fina capite truncat̃. Secunda ꝑcutit̃ et earũ
corpora feris vorãda linquunt̃. Deniqȝ plã
tilla matrona in cuius p̄dio hoc factũ eſt vi-
dit eas in viſu ſedentes gemmatas in thala
mo et dicentes ſibi. Plantilla deſine a fla-
gitijs idoloꝝ ⁊ crede in xp̄m et veni in p̄diũ
tuũ et corpora noſtra ſepeli qđ illa fecit. Gre
go. in. ij. dialogoꝝ libro affirmat de ſancto
Benedicto ꝙ dũ moraret̃ apud montẽ caſſi
num: nocte quadã dũ ꝑ feneſtrã cellule cõſpi
ceret et oraret vidit fuſam lucẽ deſuꝑ cũctas
noctis tenebras effugaſſe. Subito aũt tot⁹
mundus velut ſub vno ſolis radio collectuſ
ante oculos ei⁹ adductus eſt. ibiqȝ aĩam Ger
mani ep̄i capuani ad celũ deferri vidẽs. Cõ
perit autẽ poſtea ꝙ illa hora migraſſet a cor-
pore. De ſanctis geruaſio et prothaſio gemi
nis fratribus q̇ martyrio coronati fuerũt in
ciuitate mediolani ſcribit Ambroſius in ſer
mone qui legit̃ in officio matutinali feſtiui-
tatis coꝝ: qualiter cũ eoꝝ corpora trecentis
annis et vltra latuiſſent ab eo repta ſunt mõ
qui ſequit̃. Quodam nãqȝ quadrageſimali
tp̄e ip̄i in orationi poſito: nec apte vigilanti
nec integre dormienti apparuerũt duo pul-
cerrimi iuuenes veſtib⁹ candidiſſimis. i. co-
lobio et pallio induti caligulis calciati ſecũ
manibus extenſis orantes. qua viſione ela-
pſa rogauit dñm vt eum ludificare nõ ſine-
ret. ſi vero aliq̇d viſio illa expeteret boni ite-
rum appareret. Simili modo canente gallo
orantes ſecũ iuuenes apparuerũt. Tercia ve
ro nocte nõ dormiẽti ſed ſtupenti cũ tercia ſi
bi apparuerũt ꝑſona que ſimilis paulo ap̄lo
videbat̃ ſᷓm ꝙ in pictura proſpexerat illiſqȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tacentib9 apl'ſ ſibi dixit. Iſti ſunt qui nihil
terrenũ deſiderātes monita mea ſunt ſecuti:
quoꝝ corpora in eo reperies loco in q̄ ſtas
duodecim pedũ altitudine terre coopertā ar
cam reperies: et ad caput eoꝝ libellũ in quo
ortus eoꝝ cōtinet̄ et finis. Ita eni ſepelierat
illa corpora philippus quidā chriſtian9. Cō
uocatis ergo vicinis cepis. ipe Ambroſi9
prior terre foſſor acceſſit. Et oia ꝑut dixerat
ſibi paulus in illa viſione inuenit. Corpora
vero ita ſunt repta ac ſi ipa hora ibidē fuiſ-
ſent poſita. Inſuꝑ odor mirabilis inde fra
grabat: multaqꝫ ibi miracula illoꝝ meritiſ co
ruſcarūt. Et vt inq̄t Aug9. li. xxij. de ci. dei.
In illis dieb9 ipo pn̄te et imperatore ac mul
titudine gentiũ: cecus quidā ad corpora mar
tyrum geruaſij et prothaſij lumē recepit. In
hac inuentione pax inter longobardos ⁊ ro
manũ imperiũ reformata fuit. Ideo Grego.
papa in introitu miſſe cantari inſtituit. Lo-
quet̄ dn̄s pacē in plebē ſuā. De pr̄e vero bea-
to Franciſco narrat dn̄s Bonauen. ꝙ hora
tranſitus eius miniſter fratrũ tūc tp̄is in ter
ra laboris Auguſtin9 noīe in extremis labo
rans cū iam diu ꝑdidiſſet loquelā audienti-
bus qui aſtabāt ſubito clamauit ⁊ dixit. Ex-
pecta me pater expecta ecce iam venio tecū.
Querentib9 aūt fratribus et mirantib9 cui ſic
loqueret̄. beatū Franciſcū euntem in celū ſe
videre aſſeruit. Statimqꝫ hoc dicto ⁊ ipe feli
citer requieuit. Eadē hora ep̄o aſſiſmati qui
ad oratoriũ michaelis archangeli ꝑ deuotio
ne acceſſerat in mōte gargano beat9 Franci-
ſcus iocundus apparens mundũ ſe dixit re-
linquere et ad celū cū exultatōe tranſire. Ma
ne ſurgens ep̄s ſocijs narrauit q̄ vidit. Et aſ
ſiſium rediens cum ꝑquiſiſſet ſollicite certi-
tudinaliter cōperit. ꝙ ea hora qua ſibi ꝑ vi-
ſionē innotuit beat9 pater ex hac vita migra
uit. Inueniunt̄ et alij hm̄oi apparitōes quas
longū eſſet enarrare. Ex quib9 cogimur in-
dubitāter tenere ꝙ aīa ſit immortalis. ¶ Ter
cium exemplũ dicit̄ exauditionis. Quiſnam
nō videat et ꝑ experientiā cōprehendat q̄t et
viri et mulieres qui in ſuis neceſſitatib9 ſan
ctorū et ſanctarū p̄cipue virginis immacula
te matris dei implorāt patrociniũ: exaudian
tur. Taceamus miracula q̄ ſuper hoc indies
in eccleſia clareſcūt. Oculos tm̄ cordis ⁊ cor
poris cōuertamus ad ſacra templa q̄ in dei ⁊
celoꝝ regine aliorũqꝫ honore ꝑ orbem cōſtru
cta ſunt. Cur nō miremur in tantarũ imagi-
num aliarũqꝫ reꝝ aſpectu in q̄bus indicant̄
ꝙ hoīes in tribulationib9 poſiti interuenien
tibus ſanctis liberati fuerūt. Sunt in italia

eccleſie deuotiſſime virginis noīe dedicate.
Sancta maria de martyribus apud melfi-
ctum in Apulia. Sancta maria de caſali a-
pud Brunduſiũ. Sancta maria de angelis
apud Aſſiſiũ. Sancta maria de loreto apud
Rachanetũ. Sancta maria annũciata Flo-
rentie. Et alie ſic vulgo noīate: in q̄bus cer-
nunt̄ in imaginib9 cereis et argenteis alijſqꝫ
reb9 oblatis bn̄ficia ſuſcepta ab illis q̄ ſe vir
gini cōmendarūt. Quid rōnes querimus?
Quid phoꝝ ſn̄ias exquirimus. cū ipi effu-
gere nō valeamus tā varia tamqꝫ luciduſſima
immortalitatis animarũ exempla. ¶ Secun
dum dubiũ principale fuit vtrũ aīe ſeparate
transferant̄ ad aliqua loca. Et circa hoc tri-
plex inuenit̄ opinio falſa quorundā. Prima
eoꝝ q̄ dixerūt aīas trāſire de corꝑe in corp9:
ita ꝙ cū ſeparat̄ ab vno vnit̄ alteri et poſtea
alteri vſqꝫ ad corꝑa beſtiarũ. Et hec opinio
aſcribit̄ ipi Platoni. de q̄ ita ſcripſit Aug9.
li. x. de ci. dei. c. iij. Platonē aīas hoīm poſt
mortē reſolui vſqꝫ ad corpora beſtiarũ dixiſſe
certiſſimũ eſt. Sed mirandũ eſt p̄fecto plato
nē talia fuiſſe locutũ: de quo Valeri9 in ru-
brica de ſtudio et induſtria inq̄t. Plato cun
ctoꝝ mortaliũ ſapientiſſimus habebat̄ adeo
ꝙ ſi a celo iupiter deſcendiſſet nec elegantio
ri nec beatiori facundia eſſet vſurus. Refert
adhuc de ipo Apuleius in li. de vita Plato
nis. ꝙ cum Ariſton pater ei9 ad ipm̄ inſtruē
dum deferret ad ſocratē nocte p̄cedente vide-
rat in quiete doctor ſocrates ꝙ pullus odo-
ris et candoris eximij vociſqꝫ ſonoris ipius
volabat in ſinũ poſtmodũ de ſinu exiēs can
tando volabat in celũ. Cũ mane vidiſſet pue
rum ſibi adductũ dixit ſomniũ cōpletũ eſſe.
Quid plura? vt ſupius cōmemorauim9 de
immortalitate animarum copioſe diſſeruit.
Quō igit̄ ad tantā inſaniā deueniſſe creden
dus eſt vt circulationē illā animarũ poſuerit
niſi forte dixerimus q2 vt homo errare potu
it ac ſibimet ꝯtradicere. Tñ quicq̄d ſit de eo
opinionē iſtam impijſſimā expugnare debe
mus. Inquit eni Ricar. in. iiij. di. xliij. ꝙ cō
tra illam nō tm̄ eſt ſcriptura ſacra immo oīs
phia. Vnde Ariſto. in. i. de aīa redarguit pi
thagoricas fabulas dicētes quamlibet aīam
quodlibet corpus poſſe ingredi ex eo ꝙ vide
tur vnũqdqꝫ corpus habere ſpeciē et formaꝫ
ꝓpriā. Et. ij. de aīa dicit. ꝙ nō ꝯtingit aīaꝫ ac
cipere qdlibet corp9. q2 vniuſcuiuſqꝫ actus
aptus natus eſt fieri in ꝓpria materia. Et in-
de eſt vt ponit tho. i. ꝑte. q. cxvij. ꝙ aīa ſepa-
ta ſua naturali virtute nō p̄t mouere aliquod
corpus. Et licet corpora obediāt angelis ad



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

motum localē nō tamē obediūt aīe ſeparate.
Nō qꝛ angeli ſunt ſubſtātie ſpirituales qua-
rum virtutes nō determinant̄ ad aliqua cor-
pora ⁊ ſunt naturaliter a corporibꝫ abſolute.
Et iō diuerſa corpora eiꝰ obedire pn̄t ad mo
tū. Sed cū alicuiꝰ ſubſtantie ſpūalis ſepate
virtꝰ motiua determinet̄ naturaliter ad mo-
uendū aliqđ corpus nō poterit illa ſubſtātia
mouere corpus maius ſed minus. Vñ cum
aīa ſꝫm ſuā naturā determinet̄ ad mouendū
corpus cuius eſt forma nullū aliud corpus
ſua naturali virtute pt̄ mouere. Quare meri
to condemnant̄ hi q̄ fallacijs demonū facile
credunt dū ipi quorundā viuorꝝ corpa obſi
dentes ſimulāt ſe eſſe aīas defunctorꝝ. Fue-
runt eiuſmodi deluſiones q̄ꝫplurime diebꝫ
meis ſicut ſcripſi in libro de timore iudicio-
rum dei de illa q̄ neapoli obſeſſa fuit et q̄ꝫplu
rimos in errorē ducebat. dū diabolus qui lo
quebat̄ ꝑ eā fatebat̄ ſe eſſe aīam comitis iaco
bi piccinini. Anno inſuꝑ dñi. M.cccc.xl. in
ꝑtibus terre ydronti ⁊ terre bari multi ſic ob
ſeſſi aiebant ſe eſſe aīas quorundā qui diebꝫ
illis ex hac vita migrauerāt. In vrbe predi-
cante me ibi Anno dñi. M.cccc.lxxiiij. deca
pitatus fuit quidā iudeus eo ꝙ aliū de ſuo
genere interfecerat. Poſt paucos vero dies
puella quedā hebrea loqui cepit nūc in ꝑſo-
na vnius illorꝝ nūc in ꝑſona alterius. Et dū
amborꝝ ꝑtes cōcurrerēt ad nouū ſpectaculū
aperiebāt multa ſecreta domus illorꝝ reſpon
debantqꝫ ad interrogata ſicut faciebant dū
viuerēt hortabāturqꝫ ſuos vt ſe inuicē pacifi
carent. Multaqꝫ cōfinxerūt mendacia polli
cētes iudeis eternā ſalutē. Tandē demones
illi reliquerūt puellā et ſic ceſſauit rumor ex-
ortus in plebe. Scđa falſa opinio fuit aliorꝝ
q̄ crediderunt aīas ſepatas latitare in ſepul-
cris ſuorꝝ corporū ſeu in locis vbi oſſa vel ci
neres ſuorꝝ corporū ſeruarent̄. Ideo de xp̄o
vt ſcripſimus in ſermone de reſurrectōe laza
ri inq̄t Theophilꝰ altius clamauit vt refre-
naret ora gentiliū fabulantiū in tumulis la-
titare aīas defunctorꝝ: quare alta voce dixit.
Lazare veni foras: quaſi aduocaret de lon-
ginquo. Nō eſt igit̄ opinio illa vera neqꝫ vl-
loꝰ pacto admittēda. Tercia falſa opinio eſt
quorundā qui dixerunt ꝙ aīa nō eſt in locis
corporalibus ſed corporaliū ſimilibꝫ ſiue in
requie ſiue in doloribꝫ: qꝛ aīa ſeparata nō de-
pendet a loco corꝑali. Sꝫ huic opinioni ob-
ſtat tota theologorꝝ turba qui oēs in hāc ſen
tentiā cōueniunt. vicꝫ: ꝙ aīe poſt mortē ſunt
in aliquibꝫ receptaculis. Nā vt inquit Ri-
cardus. in. iiij. di. xlv. Sicut angeli qui ſunt
ſpiritus ſunt in aliquibus corporalibꝫ locis
nō circumſcriptiue ſed diffinitiue: ſic et aīa
ſeparata nō obſtante ꝙ ſit ſpiritus. Et q̄ꝫuis
aīa ſeparata nō magis cōueniat cū vno loco
q̄ꝫ cum alio rōne ſue eſſentie cū ex loco natu-
ra eiusꝰ nō dependeat: tamē ꝓpter operatōes
quas in loco exercere debet vel circa eam de
bent exercere magis ſibi cōuenit vnus locꝰ
q̄ꝫ alius. Ex quo duplex illi locus debetur.
Primus penalis. ſ. infernus. de quo ait Se
neca in tragedijs. Ingens vorago faucibus
vaſtis ꝑtꝫ. Latumqꝫ pandit oībus populis
iter. Sunt vero in inferno quattuor māſio-
nes. Prima inferior in qua ſunt aīe damna-
te ꝓ ſolo peccato mortali actuali que puniū-
tur pena ſenſus. De hoc dicitur in tragedijs
Senece. Ipaqꝫ morte peior eſt mortis locꝰ.
Scđa manſio in qua ſunt aīe ꝓ ſolo pecca-
to originali damnate que puniunt̄ tm̄ pena
damni. Tercia manſio eſt in qua de lege cō-
muni purgant̄ aīe que deceſſerūt in charita-
te cōferentes ſecū aliquod purgabile. Quar
ta vero manſio eſt in qua requieſcebāt aīe q̄
decedebant cū charitate que nihil purgabi-
le ſecū portabant: vel que portauerūt et pur-
gate erant. hec ante chriſti aduentū dicebat̄
ſinus abrae. Quia enī abraam primꝰ ab infi
delibus ſeparauit ſe et fidei ſignaculū diſtin
ctiuū accepit. Ideo locus requiei qui debe-
batur aīe ꝓpter fidē charitate formatā ſinus
abrae dictus eſt. Poſt chriſti vero aduentꝫ
quarta iſta manſio vacua eſt: qm̄ apta eſt ia-
nua celi merito paſſionis chriſti: et aīe dece
dentes in charitate nihil purgabile ſecū ferē
tes ſtatim euolant. Unde patet ꝙ nō eundē
locū intelligimus mō ſinū abrae cū rogamꝰ
aīas in illū deferri: cum eo q̄ ante xp̄i aduen-
tum ſinus abrae dicebat̄. Secūdus locus q̄
debet̄ aīabꝫ ſepatis eſt locus delectabilis ce-
lum vicꝫ empirreū. de quo ſuo loco abunde
dicemus. Propter q̄ oīa vt ponit Lactantiꝰ
li. iij. diuina. inſti. Eſſe inferos Zeno ſtoicꝰ
docuit: ⁊ ſedes quidē priorꝝ ab impijs eſſe di
ſcretas. Et illos quidē quietas ac delectabi-
les incolere regiones. Hos vero penas lue-
re in tenebroſis locis et ceni voraginibꝫ hor
rendis. Et Seneca in tragedijs inducit the
ſeum dicentē. Quiſqꝫ placide potens dñſqꝫ
vite ſeruat in nocuas manus. Et in cruentū
mitis imperiū regit. Animeqꝫ parcit longa
ꝑmenſus diu. Felicis eui ſpacia vel celū pe-
tit. Vel leta felix nemoris helyſij loca. ſcđm
oēs poetas helyſij campi piorū apud inferos
ſunt in quibus vt ipi dicūt bonorum ſedent
aīe. Terciū dubiū principale fuit. vtrum

loca faciāt ad delectationē vel penā aīab; ſe-
paratis. Et ad hoc ita rn̄det Ricar. vbi. ſ. ꝙ
receptacula corꝑalia aīarum ī aliquo augēt
delectationē earū vel afflictionē. Celū eni em
pirreū ꝗ̄uis in nullo augeat aīarum beatoꝝ
delectationē eſſentialē in aliquo tn̄ auget de-
lectationē accidentalē inꝗ̄tū ille aīe locū il-
lum pluſq̄ȝ alia diligūt: pn̄tia aūt rei dilecte
aliquā cauſat delectationē. Rō aūt quare il-
lum locū pre ceteris diligūt triplex eſt. Una
quia ſciūt locuȝ illū ſibi eſſe deputatū a deo
quē ſumme diligunt. Alia quia in illo ꝓpter
exceſſum nobilitatis ſue nature ſuꝑ alia cor-
pora expreſſius q̄ȝ in alijs locis refulgere, tā-
q̄ȝ in effectu diuinā bonitatē cōſpiciunt. Ter
cia qꝛ illius loci ſublimitas luminoſitas et
immobilitas ſuā ſpiritualē ſublimitatē ꝛ lu-
minoſitatē et quietis ꝑpetuitatē expſſius q̄ȝ
qualitates alioꝝ locorū repſentant. Unuſq̄ſ
q̄ȝ aūt ceteris paribus plus diligit illud qḋ
eſt magis repreſentatiuū ſue nobilitatis. Re
ceptacula etiā damnatoꝝ in aliq̄ augent coꝝ
afflictionē qꝛ locū illū odiunt triplici de cau
ſa. Prima qꝛ ſciunt ipm̄ ſibi fore deputatū a
diuina iuſticia quā odiūt. Alia qꝛ illius loci
vilitas eſt obligatōis ſue ad penā ꝑpetuā re-
memoratiua ſeu repreſentatiua. Tercia qꝛ eſt
cōtentiuus ignis illius q̄ affligunt᷑. Ex hoc
Tho. i. pte. q. lxiij. dicit ꝙ locus nō eſt pena
lis angelo aut aīe quaſi afficiēs alterando na
turā: ſed q̄ſi afficiens voluntatē cōtriſtando
dū angelus vel aīa apprehendit ſe eſſe in loco
nō cōuenienti. Receptaculū aūt in q̄ purgan
tur aīe in aliquo auget earū afflictionē nō qꝛ
ipm̄ odiāt volūtate deliberatiua cū ſint ī cha
ritate et ſciant illū ſibi eſſe aſſignatū ad tp̄s
a diuina iuſticia quā diligūt ad earū purga-
tionē. Sed qꝛ ipm̄ naturali motu volūtatis
refugiūt ſub rōne qua ſuā obligationē ad pe
nam q̄uis temperaneā repſentant et ſub rō-
ne qua ignē cōtinet q̄ affligunt᷑. ¶ Quartuȝ
dubiū principale fuit vtrū aīe ſeparate exeāt
aliq̄n de locis ad q̄ transferunt᷑. Et quidā di
cunt ꝙ non. ex eo ꝙ Job. vij. ſcribitur. Qui
deſcendit ad inferos non aſcendit. Inſuper
Aug⁹. li. de cura ꝓ mortuis agenda ait. Si
in rebus viuentiū intereſſent aīe mortuorū
me pia mater nulla nocte deſereret q̄ me ter-
ra mariq̄ȝ ſecuta eſt vt mecū viueret. Si ergo
exirēt aliq̄n de receptaculis ſuis aliq̄n inter-
eſſent rebus viuentiū. Alij ꝯtrariū ꝓbant ex
eo ꝙ vt ſcribit᷑ Matth. xvij. ca. in transfigu
ratione ſaluatoris noſtri moiſes apparuit cū
helia. Ob qḋ Aug⁹. li. ꝑtacto ait. Ad viuos
aliq̄s mitti ex mortuis. Pro hac ambigui-
tate remouenda rn̄det Ricar. ꝙ aliq̄n aīas
exire de receptaculis ſuis dupliciter pt̄ intel
ligi. Uel ꝑ diuinā potentiā: vel ꝑ naturā ꝓ-
priā. Primo mō de inferno et de celo exeunt
aliq̄ue aīe nō in ꝑpetuū ſed ad tp̄s nec de le-
ge cōi ſed ex aliq̄ ſpeciali cā. Sic etiā de pur-
gatorio aliq̄ exeunt ad modicū tp̄s an̄ exple-
tionē pene ſue poſt cui⁹ expletionē illuc am-
plius nō reuertunt᷑. In iudicio autē oēs aīe
tā exiſtentes in celo q̄ȝ in inferno exibūt ſm̄
cōem legē diuine iuſticie ad eadē iteꝝ loca cū
ſuis corporib; reuerſure et in eis in ꝑpetuū
ꝑmanſure. Per naturaȝ vero ꝓpriā dixerunt
quidā nō poſſe aīas de ſuis receptaculis exi
re affirmātes ꝙ aīa hūana nullo mō eſt mo-
bilis ſm̄ locū nec ꝑ ſe nec ꝑ accidēs. Et ſi po
natur alicubi ꝑ ſubſtantiā ſuā nūq̄ȝ mouebit᷑
de vbi ad vbi. Sed articulus iſte excōicatus
eſt a dn̄o Stephano ep̄o pariſiēſi. Ideo ſm̄
Ricar. dicendū eſt ꝙ de ſuis receptaculis exi
re poſſent aīe q̄ vellent niſi ꝓhiberent᷑ a ſupe
riori virtute. Sed de lege cōi exire ꝓhibent᷑
ille q̄ ſunt in purgatorio ante expletā penitē
tiam. et ille q̄ ſunt in inferno ante iudiciū. Il
le vero q̄ ſunt in celo exire nolūt vſq̄ȝ ad tp̄s
reſurrectōis reſumptōis. ſ. corporū ſuoꝝ. ni-
ſi aliq̄n videāt placere deo ex aliq̄ ſpeciali cā.
Un̄ videt᷑ aliquib; ꝙ oēs deſcenderūt de ce-
lo in obitu beate virginis marie ꝓpter ei⁹ re-
uerentiā: et cū ea iterū aſcenderūt in celū. Ab
Auguſtino ergo dicūt᷑ aīe nō poſſe intereſſe
reb; viuoꝝ ꝑ ꝓpriā naturā: qꝛ earū virt⁹ nō
pt̄ ꝯtrarie ſuperiori virtuti qua prohibent᷑.
Ideo ꝑ hec dicta ſoluūtur oēs ꝑplexitates.
Si igit᷑ nō habem⁹ hic ciuitatē manentē. ſi
tā felix iocundaq̄ȝ bn̄facientib; habitatio di
ſpoſita eſt. Si regnū celoꝝ pacifice poſſiden
dū nobis ꝓmittit᷑ ꝯtemnam⁹ infima hec at-
q̄ȝ terrena. Et queram⁹ q̄ ſurſum ſunt vt ſic
ꝑuenire poſſim⁹ ad regionē illā opulentiſſi-
mā beatoꝝ in qua de⁹ benedictus viuit et re
gnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo vigeſimuſquartus de ꝯceptōe bea-
te marie virginis de q̄ varie ſunt opiniones
doctoꝝ: licet feſtū ab eccleſia celebret᷑.

Nondū erāt abyſ-
ſi et ego iam cōcepta erā. Sapien-
tis verba ſunt iſta orginaliter Pro
uerbioꝝ. viij. ca. et in epiſtola hodierne feſti-
uitatis. Ob ſingularē et ꝑcipuā reuerentiaȝ
quā totus mund⁹ ad virginē glorioſiſſimā
gerit feſtū ꝯceptōis ei⁹ annuatim ꝑ terrarū
orbē ſolēniter celebrat᷑. Sunt eni tot innu-